

# **Landesbibliothek Oldenburg**

## **Digitalisierung von Drucken**

### **Martini Chemnitii, Doctoris Theologi celeberrimi, Harmonia Quatuor Evangelistarum**

Quam ab Eodem feliciter inchoatam ... D. Polycarpus Lyserus, et D.  
Johannes Gerhardus, ... Is quidem continuavit, Hic perfecit ; Opus  
Eruditionis Stupendæ, Orthodoxorum consensu approbatum, idemque tot  
Eruditorum desideriis adhuc expetitum

Qui D. Johannis Gerhardi Continuationis Partes Tertiam, Quartam,  
Quintam, Eamque postremam complectitur - Denuo nunc in Lucem prodit,  
Cum jndicibus ...

**Gerhard, Johann  
Chemnitz, Martin  
Leyser, Polycarp**

**Hamburgi, MDCCIIII**

**VD18 90617819**

Caput CCXV. Christus Post Finitum Prandium In Hac Apparitione Cum Petro  
Colloqrium Instituit.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-17617**

## CAPUT CCXV.

## CHRISTUS POST FINITUM PRANDIUM IN HAC APPARITIONE CUM PETRO COLLOQVUM INSTITUIT.

JOHANN. 21. v.15.

## RATIO ORDINIS.

**D**E connexione hujus colloqui cum præcedente Historia nullum potest esse dubium, cum Evangelista disertè dicat, ὅτε ἦν οὐσία, καὶ πρανδισσεν, colloquium illud fuisse inter Christum ac Petrum institutum. Quod autem statim à prandio Christus oves suas pascendas Petro committit,

eo ipso finem hujus apparitionis & manducationis ostendit, quod hoc fine resurrectionem suam Apostolis confirmatam reddere voluerit, ut in pastorali suo officio de eo testentur, ac docet passionem & resurrectionem suam non solum esse meritum, sed & exemplum, quod scilicet eadem via, per passiones putatur, Apostoli in gloriam cœlestem ingressur sint.

JOHANN. 21.

15. Οὐ πέπληται οὐ λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ ὡς Ιησοῦς, Σίμων  
Ιωάννης πάππας με τὸλμεον τέτων; λέγει εὐτῷ, Ναὶ Κύριε, σὺ οἶδας, οὐ φιλῶ σε, λέγει αὐτῷ, Βόσκε τὰ δέρμα μα.
16. λέγει αὐτῷ πάλιν δέυτερον, Σίμων Ιωάννης πάππας με,  
λέγει αὐτῷ, Ναὶ κύριε, σὺ οἶδας, οὐ φιλῶ σε, λέγει  
αὐτῷ, πάμικε τὰ πατέρας μα.
17. λέγει αὐτῷ τῷ φείδον, Σίμων Ιωάννης φιλέις με, ἐλυτῆρ  
οὐ Πέτρος, οὐ αἴπει αὐτῷ τῷ τρίτῳ, φιλέις με καὶ εἰπεῖ  
αὐτῷ, κύριε, σὺ πάντα οἶδες, σὺ γνωστεῖς, οὐ φιλῶ  
σε, λέγει αὐτῷ ὡς Ιησοῦς βόσκε τὰ πατέρας μα.
18. Αμμεν, φίλιοι λέγω σοι, στέφηντε τὸν ιερονόμον  
καὶ τὴν πατήσας ὅπερ οὐδέλει, στέφανον γυναικαῖον, ἔκτε-  
νεῖς τὰς χειράς σου καὶ λαβόντες τὸν κώνον οὐ πάτε  
ζέλεις.
19. Τότε ἦλεπε, σημαίνων πώιον θεατῶν δοξάστηκε ίεσος, καὶ  
τέτοιαν, λέγει αὐτῷ, αἰκονέθλιμοι.
20. Ἐπιστραφεὶς ἦν οὐ Πέτρος, βλέπε τὸν μαθητὸν, οὐ ήρεπε  
οὐ Ιησοῦς, αἰκονέθλιμον τοῦ οὐαίεποντος τῷ δεύτερῳ θέτι  
τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἦλεπε, καὶ λέγει, πάς έστιν οὐ τοῦ θρόνου  
δύεται.
21. Τέτοιαν οὐ Πέτρος λέγει τῷ Ιησῷ, κύριε, ἔτι τοῦ  
πι;
22. λέγει αὐτῷ οὐ Ιησοῦς, ἐκ τούτων θέλω μάθητάν ερχόμενον  
τοις στέφανοις, στέφανοις μοι.
23. Εξῆλθεν εν οὐ λέγοντος τοῦ θρόνου αἰδελφὸν, ἐπὶ οὐ  
μαθητῆς εἰπεῖν τοῦ πατού θησαυρού, καὶ τοῦτον εἰπεῖν  
τῷ Ιησῷ, οὐ τοις διποτίσιον, καὶ εἰς αὐτὸν ίε-  
λω μάθηταν ερχόμενον τοις στέφανοις;
24. Οὐτος δὲν οὐ μαθητης οὐ μάθητρων τούτων οὐ δεινός  
τούτων, καὶ οὐδαμόν, οὐ αἰλιγής οὐ γηραιότερος  
αὐτοῖς.

15. Cum ergo prandissent, dicit Simon Petro Iesu, Simon Johannis diligis me plus quam hi? dicit ei, etiam Domine tu sis, quod amem te. Dicit ei, pase agnos meos.
16. Dicit ei rursus iterum, Simon Johannis diligis me? ait ille, etiam Domine, tu sis quod amem te. Dicit ei, pase oves meas.
17. Dicit ei tertio, Simon Johannis amas me? indoluit Petrus, quod dixisset sibi tertio, amas me. Dixit ei, Domine, tu omnia nostri, tu sis quod amem te. Dicit ei Iesu, pase oves meas.
18. Amen, Amen dico tibi, cum es junior, cingebas te ambulabas quod volebas; cum antem serueris, extenderes manus tuas et alius te cinget et ducet, quod non vis.
19. Hoc autem dixit, significans quod morte glorificatus esset Deum, Et cum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me.
20. Conversus Petrus, videt illum discipulum, quem diligebat Iesu, sequentem, qui et recubuit in cena super petum ejus, et dixit, Domine, quis est ille, qui tradidit te?
21. Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autem quid?
22. Dicit ei Iesu, si enim velim manere, donec veniam, quid ad te? Tu me sequere.
23. Exiit ergo sermo inter fratres, quod discipulus ille non morietur: Et non dixerat ei Iesu, non moritur: sed si enim velim manere donec veniam, quid ad te?
24. Hic est discipulus ille, qui testimoniū perhibet debū, et scripsit haec. Et scimus, quod verum est testimoniū meū.

## Exegesis hujus Historiae.

**E**sai. 53.v.11. de Christo prædictum, quod post passionem & resurrectionem instituturus simus, noster minister Ecclæsticū, per quod beneficia passione, morte & resurrectione parta humano generi

neri in verbo Evangelii sit oblatus, eorundemque per fidem ipsos participes facturus. Eodem spectat, quod Christus in hac tertia post resurrectionem suam manifestatione discipulis facta Petro ministrum, & quo per lapsum exciderat denuo commendat ac ovium suarum curam ipsius fidei suavissimo colloquio committit. Quamvis vero totum hoc colloquiū cum Petro fuerit institutum, qui muneri suo Apostolico, ex qua trina negatione exciderat, trinā confessione restituitur, & de mortis genere, quā Deum glorificatus erat, admonetur: prior tamen pars illius colloquii Petrum; posterior vero Iohannem concernit, in quas partes hæc pericope commodè distribui potest.

In priore colloquii parte restituit Christus Petrum in munus Apostolicum, postea mortis genus eidem prædictit. Series narrationis hæc est.

1. Tempus exprimitur: *Cum prandissent, & ēx-  
sor, prandium dictum est vel quasi ēxov ri ov, quod  
incertis horis sumeretur, vel quod ἦργον τὸ ἄρτον ad  
bellum proficiscientibus appareretur, vel ab ἄρτῳ,  
hoc est, a precibus, quia veteres nisi Deos precati  
ad prandium non accedebant; Plutarch.lib.6.Sym-  
posiac.c.6. Convivium ergo, quod Christus cum  
discipulis in hac manifestatione instituit, vocatur  
prandium, quia mane institutum est, ut ex præde-  
cente Historia intelligitur. Syrus simpliciter ver-  
tit: *Cum edissent.* Hæc temporis notatio non est  
negligenda. Videmus enim prætermitti descrip-  
tionem sermonum, quos in ipso prandio procul du-  
bio suavissimos & utilissimos Christus cum discipu-  
lis habuit, cum illud tantummodo colloquium de-  
scribatur, quod finitò prandio inter Christum ac  
Petrum peculiariter fuit institutum. Quare vero  
descriptio illorum sermonum, ut etiam aliarum  
concionum ac miraculorum Christi prætermissa  
sit, expositum est superiorius. Porro quemadmodum  
Christus Joh.4.v.14. occasione aquæ fontanæ de  
aqua spirituali & cœlesti concionatur, & v.35. mes-  
sem frumentariam ad messem spiritualem accom-  
modat Joh 6,27. à cibo corporis ad cibum animæ  
transit; Luc.5,10. à miraculosa pisciū captura occa-  
sionem de spirituali pescaturi differendi accipit: ita  
quoque hoc loco agit. Erant discipulorum animi  
& oculi in miraculosam piscium capturam intenti,  
ac procul dubio cogitabant labores pescationis hoc  
miraculo iterum sanctificari & ipsis commendari;  
sed Christus aliud finem ostendit, propter quem  
post suam resurrectionem ipsis apparuerit, eandem  
que divino hoc miraculo comprobarit, idèo in hoc  
colloquio à prandio cum Simone Petro nomine  
omnium instituto, non solum Petrum sed &  
reliquos Apostolos docet, quale futurum sit ipsorum  
ministerium in Ecclesia, quidvè ipsis tum facien-  
dum, tum patiendum in eo restet.*

2. Personæ nominatur, cum qua hoc colloquium  
institutum, videlicet cum Simone Petro. Christus  
eum vocat *Simonem Jona*, quod Joh.1.v.43. sic ex-  
ponitur, quod Petrus fuerit *ἰωάννης Ιωάννας*. Matt.16.v.17.  
*βαπτίζων, filius Jone.* Syrus scribit *Ιωάννας & Ιωάννα*. Nec  
vero dubium, quod Jona contractum sit ex Johanna,  
cum Græci aspirationem in medio dictionis  
scribere non possint, ideoq; nomen Johannam va-  
riè scribant. Par.23.v.1.Ezdr.10.v.6.scribitur *Ιωάννας*.  
I.Macc.2.v.2.*Ιωάννας*. 1.Paral.3.v.15.*Ιωάννας*, ut li-  
tera *η* radicalis exprimeretur. Ineptum igitur est,

*Harm.Tom.III. vel Gerhard, Cont. pars quinta.*

quod nomen Jona vertitur per columbam, *quæsi*  
*scil. propter simplicitatem & mansuetudinem filius co-  
lumba dictus fuerit Petrus*, cùm Jona contractum  
sit ex Johanna vel Johannam, quod nomen multis  
in V.T. attributum fuisse patet ex 1.Paral.6.vers.9.  
c.12.v.4.c.26.v.3.2.Paral.17.v.15.c.23.v.1.cap.28  
v.12.&c. Quæ vero cauta est, quod Christus negle-  
ctis reliquis discipulis, præsertim Johanne, quem  
plurimum diligebat, cum solo Petro tam familiariter  
& amicè colloquitur, ac ovium suarum curam  
ei commendat? Refp. Christus in persona Petri  
omnes Apostolos alloquitur, quia omnes ad Apo-  
stolatum vocati erant, omnibus dictum erat: *Accipi-  
te Spiritum sanctum, quorumcunque remiseritis peccata  
remissa erunt, omnes postea audiunt: Ire in orbem  
universum, predicabat Evangelium omni creature, docere  
omnes gentes, &c.* ac Petrus ipse ostendit, mandatum  
de paucendis ovibus non solum ad Apostolos tunc  
congregatos pertinere, sed etiam ad illos, qui in  
ministerio prædicandi Evangelii Apostolis successerunt 1.Pet.5.v.1. *περιθύετε τῷ δικαιῷ ὡς λύ-  
πησθετέον* @.v.2. *pascite gregem Dei.* Idem docet  
Paulus Act.20.v.28, *Attendite vobis & universo gregi,  
in quo Spiritus sanctus vos posuit Episcopos pascere Eccle-  
siam Dei.* Ideo vero ad Petrum Christus peculiariter  
convertit sermonem, non quod à cura & officio  
pastorali reliqui debeant esse exclusi, sed ut Petrus,  
qui gravissime lapsus erat, & reliquos gravissime  
scandalizaverat coram reliquis discipulis confir-  
maretur, se vocationi Apostolicae vera restitutum  
esse, atque ut reliqui Apostoli, qui & ipsi à Christo  
defecerant, Petri exemplo disserent, scipios etiam  
in ministerium Apostolicum restitutos esse. Est  
igitur hoc insigne exemplum *Φιλανθρωπίας* in  
Christo, Petrus non solum fugā & desertione, sed  
etiam abnegatione & execratione gravissime pec-  
caverat; quamvis vero Christus jam antè ipsum fue-  
rat consolatus tum speciali nuncio, tum speciali ap-  
paritione post resurrectionem, tamen caro non  
cessabat eum solicitare ad abiiciendam vocationem  
Apostolicam & sectanda negotia privata, quod ali-  
qui referunt pescationem illam Petri. Christus igitur  
nominatim & familiarissime, coram aliis disci-  
pulis ipsum alloquitur, ut non solum de vocatione  
& ministerio suo ipsem in conscientia esset cer-  
tus, sed etiam reliqui discipuli cognoscerent, Pe-  
trum peculiariter lapsum peculiari ovium com-  
mendatione restitutum esse. Est autem hoc Exem-  
plum bonitatis & *Φιλανθρωπίας* Christi erga pecca-  
tores verè pœnitentes generale, ut docet Paulus  
1.Tim.1,16. ideo enim Matthæum vocavit à telo-  
nio, Paulum in ipso perfectionis actu, & Petrum  
enormiter lapsum pristino restituit officio, ut essent  
exempla illius doctrinæ, quani prædicaturi erant.  
Eodem vero modo etiam nos ad offensæ condona-  
tionem promtos esse convenit. Matth.11,28. *Di-  
scite a me, quia misericordia mea est.* Petrus gravissime contra-  
Christum deliquerat; sed Christus non solum  
promtè ei condonat, verum etiam in pristinum of-  
ficii gradum ipsum restituit, idem etiam in nobis sit  
affectus Rom.14.v.1. Gal.6.v.1.

3. Colloquium ipsum, in quo Christus præmissa  
trinā quæstione de dilectione tribus distinctis vici-  
bus Petro pascendas suas oves commendat: *Simon  
Johannis, diligis me plus quam hi?* Christus com-  
missarius Petro officium pastorale, de dilectione.

Tt 3

prius



prius ipsum examinat, quia nemo salutariter & cum fructu ministerium Ecclesiasticum suscipiet, qui non verè & ex toto corde Christum diligit. Munus hoc per se laboriosum est & molestum, cum nihil difficultius sit, quam homines verbo regere & sub iugo Dei continere, cùm quidam sint infirmi ac parum dociles, quidam remissi & segnes, quidam protervi & pertinaces; accedunt tentationes Satanæ, odia mundi, pericula, persecutio[n]es, ingratitudo maximæ partis, aliæque tædii causæ innumeræ, nunquam igitur in hoc officio constanter perget, seque rectè geret, nisi in cuius corde Christi amor sic regnat, ut omnia mundana ac transitoria parvi æstimans Christi gloriam & hominum salutem sibi unicè velut scopum præfixum habeat Gal. 1.v.10. Si hominibus placrem, Christi servus non essem. Nec vero simpliciter Christus in dilectionem Petri inquirit, sed comparat collatione cum reliquis Apostolis præsentibus instituta, diligis me plus quam hi? inquit, revocat igitur ei in memoriam præsumptionem illam, quā paulo ante passionem reliquis se præferens dixerat. Etiam si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Matth. 26.verl. 33. Hoc ergo vult Christus dicere. Num eodem adhuc animo es, ut reliquo præsumtuose te præferas? id probè intelligens Petrus infirmitatis ac lapsus sui memor non amplius se reliquis præfert, sed simpliciter respondet, se Christum diligere. Quidam hanc quæstionem i[Co]yne tuum eo referunt, quod Petrus paulo ante ipso facto declaraverit, se majore erga Christum amore flagrare, quam collegas reliquos, cùm statim ac Christum agnoverit, in mare se demiterit & cum vita periculo ad ipsum festinârit. Sic ergo erit sensus quæstionis: Dic perspicue verbis, quod ante re ipsa declarasti, diligisne plus quam hi collegæ? cùm tantam in me ipso facto declaraveris dilectionem, vicissim declarabo summatu[m] animi mei erga te benevolentiam. Sed ex modesto Petri responso intelligitur, Christum voluisse eum sui lapsus suaque infirmitatis potius commonere, quam fervorem caritatis in ipso prædicare. Quin & officiis sui ipsum admonere voluit, quia enim majorem misericordiam in peccati remissione consecutus erat, idè jureab eo major dilectio repetitur, cui enim plus remittitur, plus amare debet Luc. 7.v.47. Petrus modestè respondet: Domine, tu scis, quod amem te. Christus in quæstione sua ulus fuerat verbo αγαπῶν. Petrus vero in responso utitur verbo φιλεῖν, cogitari igitur poterat, quod talis sit differentia inter αγαπῶν & φιλεῖν, sicut apud Latinos inter *amare*, quod majus & diligere, quod minus est. Cicero ad Brutum: Sic igitur facies & me aut amabis, aut quo contentus sum, diliges: Idem Clodius valde me diligit seu ut εὐφαντερος dicam, valde me amat. Sed cum hæc differentia vocabulorum non sit perpetua, cumque in tertia quæstione Christus utatur verbo φιλεῖν pro αγαπῶν, ideo Syrus utrobius retinuit verb. φιλεῖν quod significat vehementer diligere, uterino amore complecti. August.lib.14. de civ. Dei cap.7. Dominus Petrum Apofalum interrogans, cùm dixisset: Diligis me plus quam hi? ille respondit, Domine, tu scis, quia amo te. Et iterum Dominus quæsivit non utrum amaret, sed utrum diligenter eum Petrus. At ille respondit ei iterum, Domine, tu scis, quia amo te. Tertia vero interrogatione & ipse Iesus non ait, diligis me,

sed amas me, ubi secundus ait Evangelista: Contradicatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me, cùm Dominus non tertio sed semel dixerit amas me, bis autem dixerit, diligis me. Unde intelligimus, quod etiam cùm dicebat Dominus, diligis me, nil aliud dicebat, quam amas me. Petrus igitur le verè & sincere Christum amare respondet, sed non addit, se plus quam reliquos amare, id quidam sic interpretantur, quod Petrus non potuerit de aliorum cordibus perinde, judicare ut de suo, nemo enim novit, quid sit in homine, nisi Spiritus hominis, qui est in eo 1.Cor. 2.v.11. atq[ue] hæc αἰτιολογία utilem præbet doctrinam, quod de veritate & sinceritate cordis nostri ita testificari debeamus, ut interim alios non temere abiciamus ac judicemus. Sed hæc forma responsi rectius tribuitur modestia & humilitati Petri, quam in atrio Caiphæ & in cribro Satanæ didicerat; antea præulerat se omnibus Collegis, proinde si ante negationem quæsitus fuisset, procul dubio respondisset, quod plus reliquis diligat, sed videns se turpis omnibus defecisse, demittit criftas, nec effert se supra reliquos collegas. Laudanda est hæc Petri modestia, ut etiam ingenua ipsius confessio, quod non tacet nec dissimulat, nec ambiguè responderet, sed animi sui sensa manifestè exponit, provocat etiam ad ipsius Christi notitiam, quod est argumentum, bonæ conscientiæ in Petro, ac divinitatis in Christo, cùm solius Dei sit abditos cordium recessus intueri. 1.Reg. 8.v.39. Jerem. 17.v.9. Observandum etiam hoc loco, quod Petrus non amplius sibi sive que carnali persuasiōni confidit, sicut ante lapsum fecerat, sed ad Christi notitiam provocat, re ipsa enim didicerat, *cor hominis esse pravum & inscrutabile*, cuius latebra soli Deo sint pervia. Jer. 17.v.9. Christus auditus Petri confessione de suo erga ipsum affectu commendat ipsi pascendos suos agnos οὐκέτη ἀγνοεῖς, *Pasce agnos meos*, inquit. Coherens hac cum superioribus per quandam illationem: *Si diligis me, pasce agnos meos*. οὐκέτη propriè usurpatur de pastu a armentorum vel gregum Matth. 8.v.30. 33. Marc. 5.v.11. 14. Luc. 8.v.32. 34. cap. 15.v.15. LXX. eodem sensu utuntur pro γάλη Gen. 29.v.7. 9. cap. 37.v.11. 15. cap. 41.v.2. &c. hoc vero loco ut per agnos non intelliguntur animalia irrationalia, sed Christi fideles, ita quoque per τὰ πάσια non intelliguntur pasta corporalis sed spiritualis, in qua significazione verbum οὐκέτη usurpatur Ezech. 34.v.2. & seqq. ubi itidem officium ministrorum Ecclesiæ verbo pascendi aliquoties exprimitur. *ἀγέλη diminutivum est ab ἀγέλης*, quasi dicas *agnellus*, tener adhuc & immaturus agnus. LXX. appellant ἄγνη filium ovis Psalm. 114.v.4. Quod ergo Christus fideles suos vocat agnos, ostendit quosdam inter illos adhuc satis teneros & imbecilles esse, ideoque majore curâ ac diligentia tractandos Esaïæ 40.v.11. in brachio suo congregabit agnellos. Agnus enim referente Basilio in Hexaem. inter mille oves vocem matris sue agnoscit, unde Isidorus ab agnoscendo agnos putat esse dictos, sic fideles CHRISTI inter varias & diversas doctrinas vocem pastoris sui agnoscant. Johan. 10.v.27. Oves mee vocem meam audiunt. Vocat autem suos agnos non solum ratione creationis Psalm. 110.v.2. ipse fecit nos & non ipsi nos oves pastu sua, sed cum primis respectu redēptionis Actor.

Acto. 20.v.28. *Attendite vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, pascere Ecclesiam Dei, quam acquisivit suo sanguine.* 1.Petr. 1. v.18. non corruptibilibus, auro vel argento redempti estis v. 19. sed pretioso sanguine quasi agni immaculati & incontaminati Christi. Altera vice Christus denuo repetit suam quæstionem. *Simon Jona diligis me?* non amplius comparate querit, diligis me plus quam reliqui? sed simpliciter & absolutè querit, modestiam Petri comprobans, qui reliquis se se præferre amplius noluit. Petrus iisdem verbis respondebat, *Certe, Domine, tu scis, quod amem te.* Christus ergo idem subjicit, quod prius, sed verbis mutatis. *Pascere oves meas.* Antea usuerat verba βόστεν, quod significat pabulum præbere, jam verò uitur verbo μιγγρεν, quod non ad unam tantum pastoralis officii partem, sed ad reliquas omnes partes curandi gregem extenditur, quæ sunt ducere ac reducere, defendere, sanare, moderari, dirigere &c. Plato in Minoe quærenti quis sit & quo nomine vocetur οὐλοῦ τῆς περιβόλου αἰγάλεων καρπίτης & ρεπεν, respondet πυλαῖ. Metaphorice transfertur ad Magistratus, qui dicuntur πυλαῖς λαῶν. Iliad. a. quo sensu μιγγρεν usurpatur Ps. 2.v.9. Matth. 2.v.6. Apoc. 2. v.7. c. 1. 2. v.5. sicut & παστερε in hac significacione accipitur 2. Reg. 5.v.2. cap. 7.v.7. 1. Par. 11. v.2. c. 17. v.6. &c. hoc verò loco non de politico quodam dominatu, sed de cura & officio pastorali ministeris Ecclesiæ competente usurpatur, quo sensu accipitur Jerem. 3. v.15. cap. 23. v.2. 4. Ezech. 34. v. 10. 23. Zach. 11. v.4. 7. 9. Act. 20. v.28. 1. Petr. 3. v.2. Jud. v.12. Quare vero Christus suos fideles vocet oves imbecillitatis suæ eos admonenndo & ad se standas virtutes invitando, latè exponitur in Harm. Evangel. cap. 1. 14. §. 2. Tertia insuper vice Christus querit. *Simon Jona amas me?* ubi uitur verbo φίλεν, Petrus propter trinam interrogationem contristatur. Id quidam sic interpretantur, quod subirascatur propter tam exactam & toties repetitam interrogationem, sed λαθεῖν non ira sed tristitia affectum exprimit. Matth. 14. v.9. cap. 17. v.23. &c. inde Lyranus hoc loco, non fuit Petrus indignatus, sed turbatus, timuit enim, ne Christus sibi prediceret aliquem casum futurum, sicut superioris ei predixebat suam negationem, neve aliud in recessu cordis lateret, quam ipse cognoscere posset. Verò & plenariè peccatum negationis Petro erat remissum, ipse tamen peccati hujus recordatus contristatur, ita nimis etiam remissio peccato tolerat homo miseriam, in quam per peccatum incidit, quod veteres dicunt fieri vel ad demonstrationem debitæ miseriae, vel ad emendationem labilis vita, vel ad exercitationem necessariae patientiae. Discamus autem Petri exemplo placidè & æquo animo ferendum esse, quando Christus rigidius de sui dilectione nos per crucem examinat, siquidem justas hujus rei habet causas, quæ nobis plerumq; sunt ignota, ideo Petrus ex tristitia & turbatione animi se colligens respondebat. *Domine, tu omnia nosti, tu scis, quod amem te.* Egregia hac est confessio non solum dilectionis suæ, sed etiam majestatis & divinitatis Christi. Quod enim Petrus dicit Christum omnia nosse, id planè idem est cum eo, quod David Ps. 7. v. 10. Jeremias c. 17. v.9. verò Deo tribuunt, quod scrutetur corda & renes: quod Deum nihil quicquam latere afferitur Job.

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

11. vers. 7. cap. 42. v. 2. Psal. 94. v. 11. Psalm. 139. v. 1. Hebr. 4. v. 13. Petrus igitur hanc omniscienciam Christo tribuens, verum Deum ipsum confitetur. *Tu nosti omnia,* inquit, non solum meam infirmitatem, sed & animi mei sinceritatem; si quam in abdito cordis mei recessu latenter infirmitatem vides, etiam candorem & sinceritatem cordis mei vides. CHRISTUS igitur tertio subjicit, *Pascere oves meas.* Sententia cum prioribus eadem est, sed verba eleganter sunt mutata; primo enim dixit βόστεν τῇ ἀγνῷ με, secundo dixit μιγγρεν τῇ περιβόλῳ με, jam tertio priora quasi conjungit dicens, βόστεν τῇ περιβόλῳ με. Mirè si bi placent Romanenses in hac trina ovium commendatione Petro facta, existimant enim ex ea Monarchicum Petri, & consequenter Pontificis lui primatum in universam Ecclesiam deduci posse, unde Bonifacius VIII. c. unam sanctum extrahit majoritat. & obœdient, sic intonat: *Pascere oves meas, meas inquit generaliter, non singulariter has velillas, per quod commississe sibi intelligit universas.* Si ve ergo Graeci, sive alii dicant, se Petro ejusq; successoribus non esse commissos, fateantur necesse est se de ovibus CHRISTI non esse. Sed de suo addit Bonifacius illud generaliter, ex quo universas oves uni Petro commissas esse colligit, perinde ac si Apostolis reliquis non fuissent oves itidem commissæ, cum tamen omnes audierint: *Predicate Evangelium omni creature, docete omnes gentes, &c.* Bellarminus lib. 1. de Pontifici, Romano cap. 14. 15. & 16. tractans hunc locum tria demonstrare nititur. 1. Soli Petro dictum esse, *Pascere oves meas.* 2. verbo illo pascere, traditam ei esse summam potestatem Ecclesiasticam. 3. Illis vocibus oves meas, universam CHRISTI Ecclesiam designari. Primum quod attinet, non opus fuisset operosa probatione, Christum hoc loco solum Petrum compellasse, quando dicit, *Pascere oves meas,* cum ex circumstantiis textus id satis evidens sit, ac a nemine nostrum unquam fuerit negatum, id verò demonstrandum erat, peculiarem quandam prærogativam universalis Episcopi & Monarchæ Petro his verbis assignari, à qua reliqui Apostoli sint exclusi, id quod ex hoc textu nunquam demonstrabitur. Non est quæstio, an solum Petrum Christus alloquatur, sed num ei mandet aut det aliquid, quod uni tantum Petro ac nulli præterea competit. Unum quidem Petrum compellavit Christus, sed ex eo nondum sequitur, quæ dixit aut mandavit ad unum Petrum pertinere. Quid enim? num Christus Petrum ita instituit in Pastorem Ecclesiæ, ut nec ipse maneat Pastor, nec alii Apostoli sint Pastores? minimè verò, sed Christus est & manet δεκτομούλη. Ezech. 34. v. 12. Johan. 10. v. 12. 1. Petr. 5. v. 4. ergo pastorealem curam non resignat in manus Petri, sed hat vocacione ostendit, se perpetuo conservaturum Ecclesiam per externum verbi ministerium, unde adhuc dicit Ecclesia suæ Pastores Ephes. 4. v. 11. & Paulus Episcopos Ephesinos à Spiritu sancto constitutos dicit πουαίνδη την ἐκκλησίαν, ut pascant Ecclesiam Acto. 20. v. 28. Eadem admonitio repetitur à Petro 1. Epist. 5. vers. 2. *Pascite eum, qui in vobis est gregem.* Quod autem soli Petro & quidem tribus distinctis vicibus curam pascendarum ovium:

suarum Christus committit, eo ipso noluit reliques Apostolos ab hoc officio exclusos, sed quia Petrus trinā abnegatione præ reliquis gravius peccaverat, ideo hac trinā ovium commendatione ipsum confirmare voluit, quod in pristinum suum officium verè restitutus sit. Cyprianus de unit. Eccles. *Pastores sunt omnes, sed rex unus ostenditur, qui ab Apostolis omnibus unanimi consensione pascatur.* August. de Pastor. cap. 13. Multi erant Apostoli & uni dicitur, *pasce oves meas,* in ipso Petro unitatem commendavimus. Idem de agone Christiano c. 30. Non sine causa inter omnes Apostolos hujus Ecclesie Catholice personam subiicit Petrus, hic enim Ecclesie claves regni celorum date sunt: & cum ei dicitur, ad omnes dicitur: *Amas me, pasce oves meas.* Causam triñā commendationis ovium exponit idem tract. 123. in Johan. *Trinā negationi redditur trina confessio, ne minus amori lingua serviat quam timori, & plus vocis eliciunt videatur mors imminentia quam vita presens.* Nazianz. orat. in l. lumin. *Trinā interrogatio & confessione trinam reparavit negationem.* Cyrill. lib. 12. in Johan. cap. 44. *Quoniam cum aliis Apostolatus nomine Petrus ab ipso Christo decoratus ter in tempore passionis negavit, jure nunc ab eo terna confessio petitur.* Idem tradunt Ambros. in Apolog. David. cap. 9. lib. 2. de S. S. cap. 11. Epiph. contra Novatian. lib. 2. tom. 1. hæres. 59. Theoph. in h. l. Sedul. lib. 4. col. 5. 64. &c. Isidor. Pelusiota lib. 1. Epist. 103. *τὸ τριπλάσιον ἀγνόητο τὸ τριπλάσιον Κυριακής οὐαὶ αὐτῷ ιατροῖς εἰς ωσπάκτης.* Glos. ordin. ex August. de util. pœnit. cap. 1. Numerus legitimus impletatur, ter confiteatur per amorem, qui ter negaverat per timorem. Sicut fuit indicium timoris negare Pastorem, ita officium est amoris pascere Dominum gregem. Quidam trinam pascendi commendationem ad triplex Dominicis gregis pabulum referunt. Bernhard. serm. 2. de resurrect. col. 1. 34. Petrus mandatum accepit pascere tertio gregem Domini. *Pasce, inquit, mense: pasce ore: pasce opere: pasce animi oratione, verbi exhortatione, exempli exhibitione.* Lyranus h. l. *Pastor Ecclesie debet subditos pascere triplici pabulo, videlicet veritatis verbo, vita exemplo, temporali subfido.* Potest autem simpliciter ter iterata de dilectione quæstio & trinā ovium, commendatio eò referri, quod Christus rem non levem sed seriam & gravem se tractare indicet. Diligere Christum est omnia Christo postponere, honores, facultates, etiam vitam ipsam, quod opus quantum sit, illi demum intelligent, quibus in persecutione omnia deserenda & vita periculum subeundum. Sic pascere Christi oves cum multis laboribus, odiosis, periculis & difficultatibus est coniunctum, ut intelligent illi, qui non se, sed Christi oves pascunt, ac officii sui partes exactè perpendunt. Erasm. in Paraph. *Illiad Dominus Iesus dignatus est explicare, quid sibi vellet ter iterata dilectionis professio; qui pro salute gregis Dominicis contemnit facultates suas, negligit honores huius mundi, negligit affectus suos, magnum quidem de se sinceri amoris argumentum præbat, ceterum qui non dubitas profutura gregis vitam suam in discrimen adducere, is absolve caritatis certissimum documentum dedit, id olim Petrum facturum subindicat.* Quæcumque vero causa trinæ illius questionis & ovium commendationis assignetur, certum hoc est, curam pascendi oves, quæ Petro hic commendatur, non solum cum

reliquis Apostolis, sed etiam cum ceteris Ecclesia ministris ipsi esse communem, cuius rei testimonium evidens datur non solum à Paulo Act. 20. v. 28. sed etiam ab ipso Petro 1. Epist. 5. v. 2. *ποιούμενος τὸν ποιητὴν & θεόν.* Bellarminus regerit, Petrum bortari compresbyteros, ut pascant gregem non universalem, sed particularem, sicut & Paulus Ephesius Episcopis, non universum gregem sed illum tantummodo commendat, in quo à Spiritu sancto constituti erant Episcopi, Petro autem & quidem soli commissari esse generalem potestatem totum gregem Christi pascendi. Resp. sanè dilicitem, est in ter vocationem Apostolorum & reliquorum Ecclesie ministrorum. Apostoli mandatum habent docendi in universo orbe Matth. 28. v. 19. Marc. 16. v. 16. reliqui vero Ecclesie ministri certam gregis Dominicis portionem sibi habent commissari, in eo igitur vocatio Petri à vocatione reliquorum Ecclesie ministrorum optimè distinguitur, interim manet illud fixum & immotum, nullum in Apostolos reliquos dominatum vel suprematum Monarchicum Petro hoc loco tribui. Ut enim indefinitè hoc loco dicitur Petro, *pasce oves meas,* ita generaliter omnibus Apostolis dicitur: *Docete omnes gentes, predicare Evangelium omni creature.* Paulus 2. Cor. 11. v. 28. dicit: *se sollicitum esse de omnibus Ecclesiis, num propterea fuit reliquorum Apostolorum Monarcha, & partes officii Petro traditas temere usurpavit?* Petrus ipse minister reliquis pascendi officium commendans vocat se *αυτούτος εύρετον 1. Epist. 5. v. 1.* ostendit igitur pascendi munus sibi cum ipsis commune esse, nec sibi soli præceptum, ut oves Christi pasceret. Quid multis? ut Petrus hoc loco jubetur pascere oves Christi, quæ verba sunt metaphorica, ita reliqui Apostoli jubentur discipulos Christo colligere, docere, prædicare &c. quæ verba sunt propria, & apertissimè declarant, quid per illa metaphorica intelligatur, videlicet verbum *vita* quasi quadam animæ pabulum auditoribus proponere, quo ad vitam æternam alantur. Neque hanc pascendi potestatem à Petro reliqui Apostoli acceperunt, sed ab ipso Christo, cuius Legati fuerunt & à quo universi audierunt, *Docete omnes gentes.* Fatetur igitur, soli Petro dictum esse *pasce oves meas,* non quasi id quod dicitur, ad solum Petrum pertinet, sed quia Petrus solus propter trinam negationem ter admonetur, ut faciat officium, quod illi cum reliquis Apostolis, imo cum omnibus Ecclesie ministris fuit commune.

Secundò disputat Bellarminus, quid per verbum *Pascendi* intelligatur, statuit autem summam potestatem hoc verbo demonstrari. *I. non propriè dicitur pascere alium, qui cibum quacunque ratione ministrat, sed qui procurat ac providerit alteri cibum, quod est præpositi & gubernatoris.* Luc. 12. *Quis putas, inquit Dominus, est fidelis dispensator, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram.* Itaque illius est pascere, qui est super familiam constitutus. Resp. is proprio pascit, qui cibum ministrat; metaphorice, qui de cibo victuq; prospicit. Nec solus Petrus, sed reliqui Apostoli utroq; modo gregem Christi paverunt, nam & ipsi cibum quodammodo præbebant verbi prædicatione, & curabant quasi communis quidam Pastores ministrorum ordinatione, ut ovib; Christi de cibo animæ prospiceretur. Nihil ergo hic petrus proprium aut peculiare habuit, quicquid enim in pascendo fecit, idem alii Apostoli similiter

similiter fecerunt. Demus Petrum pascere gregem, ut præpositum & gubernatorem, at ex eo non dum sequitur, quod fuerit Monarchicus & Universalis Episcopus, cum reliqui Apostoli etiam paves intut præpoliti & gubernatores, imo ad Ephesina Ecclesia ministros dicit Paulus Actor. 20 v. 28. quod S.S. eos posuerit Episcopos ποιμανεῖς τῶν ἔκκλησιῶν. Invertimus igitur argumentum. Fideli dispensatori tribuit Christus ἀδελφαὶ τὸν καρπὸν τὸν μετέποντον ergo pastoris est non solum procurare ac providere alteri cibum, sed distribuere singulis cibum, quod Petrus quidem fecit, Pontifex autem qui se Petri successorem gloriatur, non & economi sed domini partes sibi vindicat, præclarè se suo munere functum ratus, si alii prescribat, quid facere debeant, ipse vero nequaquam patcat, aut cibum animæ ministrat. Ita quoque constitui Πάπα τοῦ εκκλησίας non imperium sed ministerium; non Domini & Monarchæ, sed & economi & dispensatori officium notat, quia ergo specie hoc Christi dictum ad stabilendum Petri Monarchicum primatum affterri potest? aliud est dignitas Monarchica & principalis, aliud vero cura pastoralis. 2. per verbum Pascere intelligitur ex communī usu loquentium omnis actus pastoralis. Idem enim est pascere, quod agere pastorem seu esse pastorem. Porro actus pastoralis est non tantum præbere cibum, sed etiam ducere, tueri, præesse, regere, castigare. Pastores ovium non solum pabulum eis præbent, sed etiam regunt & baculo cogunt ut pareant, inde pascere in Scripturis accipitur pro regere Ps. 2. Pascere eos in virga ferrea. Esa. 44. de Cyro dicitur, pastor meus es tu. ποιμανεῖς etiam non significat pascere quocunque modo, sed regere ac præesse. Mich. 5. Matth. 2. Apoc. 19. Resp. fateremur pascendi verbo omnes actus pastorales, adeoque totum pastoris officium intelligi, debet Petrus Ecclesiæ pastor cibum animæ præbere gregi, eundem ducere ac reducere, tueri à lupis ac reliquis feris, præesse in spiritualibus, praire voce ac vita, regere non imperio politico sed paterno, castigare reprehensionibus, excommunicatione & reliquâ disciplinâ. Sed hoc est omnium non solum Apostolorum, sed & reliquorum Ecclesiæ ministrorum, nihil hic peculiare vel Petro vel Papæ tribuitur. Pascere in Scripturis accipi pro regere non negamus, quando sermo est vel de Christo ut Psal. 2. v. 9. (quainvis ibi in Hebreo non sit pascere sed conterere) vel de Magistratu politico, Esa. 44. v. 28. interim tamen quando ministris Ecclesiæ tribuitur, non significat Monarchicum ac politicum quoddam regimen, (alijs multi essent summi Præfides ac Monarchæ in Ecclesiæ, cum Eph. 4. v. 11. Christus in Ecclesia constituisse dicatur ποιμανεῖς, cumque Ephesini Episcopi jubeatur ποιμανεῖς Actor. 20. v. 28. quod ipsum, etiam Presbyteris Petrus injungit 1. Epist. 5. v. 2.) sed tale regimen, quale convenient pastoribus, aliud enim est ποιμανεῖς principum, aliud vero Ecclesiæ ministrorum, unde Christus ipse ποιμανεῖς hoc loco reddidit per βόσκειν, & Syrus tam ποιμανεῖς quam βόσκειν hoc loco verit per γέννη. Graci observant, Christum his duabus dictiōibus Apostolos admonuisse, ut tam humiles oviculas, quam validiores oves pariter curarent. Thoph. τὸ ποιμανεῖν (inquit) ἡδη καὶ σεληνοτρόπου θηλαστίαν εἰ φένει, τὸ δὲ βόσκειν τὸν ηπιωτότροπον. Patrum testimonia, quæ Bellarminus adducit, nequaquam hoc probant, quod Petro Monarchica-

potestas in totam Ecclesiam sit data. Chrysostom. lib. 2. de Sacerdot. officium Pastoris vocat προσαίστας. Augustinus hoc loco, οὓς παστεῖς regendās arguit Petro dicit trāditus. Gregor. lib. de cura pastor. pastores vocat rectores & curam pastoralem regimen. At quis nostrum hoc negat? id vero probandum erat, soli Petro cum munere pastoris commisum esse summum universale ac Monarchicum in omnes Christi oves ac totam Ecclesiam regimen ac dominatum, cuius contrarium ex ipsis Christi verbis manifestè eluet. Si enim pascere est summam potestatem exercere, tunc omnes Apostoli, imo omnes Ecclesiæ ministri erunt Papæ, cum omnes iussi sint pascere. Quod autem verbo pascendi non dominium quoddam sed ministerium denotetur, expedit ipse Petrus 1. Epist. 5. verl. 1. Presbyteros, qui in vobis sunt, obsecro ὅτι μητέρας θύτερος. v. 2. pascite qui in vobis est gregem Dei providemus non coacte sed spontaneè, neque turpis lucri causa, sed voluntarie. v. 3. μηδὲ αἱρετοῦτε τῶν κληρῶν, non ceu dominium exercentes adversus hereditatem Dei, sed sic ut sis exemplaria gregis. Paulus 2. Corinth. 4. v. 5. se & ceteros Apostolos vocat δούλους servos Corinthiorum. Invertendum igitur est argumentum. Petrus jubetur hoc loco pascere. Ergo prohibetur dominari, quia juxta ipsius Petri interpretationem pascendi verbo non intelligitur Monarchicus dominatus, sed fidele ministerium. Syrus notanter vertit. Paſce mihi oves meas, quasi dicat, non tuum honorem, commodum, vel lucrum, sed meam gloriam & ovium salutem in hac pastaure debes querere. Augustin. tract. 123. in Joh. Nonte pascere cogitas, sed oves meas: sicut meas pasce, non sicut tuas: gloriam meam in illis quere, non tuam: Dominum meum, non tuum: lucra mea, non tua. Bernhard. lib. 2. considerat. ad Eugen. Forma Apostolica hæc est, dominatio interdicitur, indicitur ministratio.

Tertio loco Bellarminus confirmare nititur per oves universam Ecclesiam intelligi, statuit enim omnes omnino Christianos etiam ipsos Apostolos Petro tanquam oviculas his verbis commendari. 1. Christus bis dixit, pasc agnos meos, & semel, pasc oves meas, quod non videtur carere mysterio. Nam per agnos bis repetitos duo populi intelliguntur Iudaicus & gentilis, oves semel nominata significant Episcopos, qui sunt velut matres agnorum. Vt loivicula sunt proficiētes, agni incipientes & oves perfecti: vel agni intelliguntur populi, qui nullam habent curam pastoralem, ovicula sunt Sacerdotes minores, id est, Presbyteri: oves sunt Sacerdotes maiores, id est, Episcopi. Ex omnibus his interpretationibus efficitur, Petro universam Ecclesiam esse subiectam. Resp. ex allegoriis non potest hec summa rei Christianæ, ut primatum illum in præstatione Bellarminus vocat, demonstrari, sed ex solo sensu literali ducuntur firma & apodictica argumenta, ut idem recte scribit lib. 3. de verbo Dei cap. 3. unde ipse Janilius scriptor Pontificius c. 147. Conc. Evang. allegoricam illam interpretationem respuit. Quarendum non est, ait, mysterium in eo, quod in prima interrogatione dixerit agnos meos, in secunda vero & tertia oves meas. Ostendit hoc res ipsa. Si enim in Scripturis sic licet ludere, quis erit tandem finis allegoriarum? ipsa illa varietas interpretationum infirmitatem argumenti manifestè comprobatur. Juxta fideli analogiam, per agnos intelliguntur teneri & infirmi Christiani, qui nominatim Petro com-

commendantur, ut admoneantur Ecclesiæ ministri diligentem curam illis pascendis & confirmandis impendere. Ezech. 34.v.4. Deinde observandum, Christum non bis nominasse agnos, sed tantum semel, bis dixit *אָבָתָה*, semel vero *אֲגִינָה*. Bellarminus suspicatur, *Græcum textum esse corruptum*, eundemq; corrigit ex versione Latina, ut semel legendum sit *אָבָתָה*. Sed hoc est ex risis de fontibus judicare; Græci Codd. utrobique constanter legunt *אָבָתָה*, ita etiam legunt Chrysost. Theophyl. & Græci Patres omnes, atque ita legendum esse docet Syriaca paraphrasis, quæ vertit *אָבָתָה*. Augustinus & alii ex veteribus, qui sequuntur Latinam versionem bis legunt *agnos*, sed ne verbo quidem indicant hoc mysterium, quod per oves ipsi Apostoli intelligentur, & Petro pascendi sint commissi. Syrus tria habet vocabula. *Pasce mihi agnos meos נַרְוָן* est *agricula à lana sic dicta*, lanæ autem nomine denotatur puritas ac mundicies. Es 1.v.18. Christus ergo fideles suos vocans *נַרְוָן innocentia & puritat*is eos admonet. Secundò dixit. *Pasce mihi oves meas נַרְבָּע oves à mixtione sic dictæ*, quia gregatim paucuntur: haec igitur appellatio unitatis & concordiae fideles admonet. Tertio dixit, *Pasce mihi oves meas נַרְבָּע נַרְבָּע ab immolando dicta & respondet* Hebræo *לְרֹא ovis femina*, qua in appellatione infirmitatis & crucis fideles admonentur. 2. *Cum absque ulla restrictione addatur ad nomen oves pronomen meas*, manifestè significatur, eas omnes Petro commendari, ad quas extenditur pronomen *meas*, certum est autem, illud *meas* extendi ad omnes simpliciter nullus enim est qui se non gloriet ovem Christi; similes locutiones sunt, *relinquo bona mā filiis*, id est, omnia illis relinquo. *Cognoso oves meas* Joh. 10. id est, omnes oves meas. Hanc rationem Bellarm. vocat *insignem*. Resp. si haec est vis pronominis, consequens fuerit, ministros Ecclesiæ, qui non omnes sed alias tantum oves pascunt, non pascere Christi oves. Quis unquam tam absurdus fuit, ut pronomen *meas* universaliter semper intelligi senserit? Exemplum quod Bellarminus adducit contra ipsummet pugnat. Sienim pater moriens sic conderet Testamentum, *relinquo bona mea filiis meis*, non id vellet, ut omnes possiderent omnia, sed bonorum divisio inter filios fieret ac singuli suam portionem obtinerent. Ita quoque Christus oves suas pascendas Apostolis commisit, non omnes omnibus, sed singulis quasdam, prout quisque sortitus est pascendi locum. Indefinitè igitur Petro committuntur oves, quia erat ex numero Apostolorum, qui habent mandatum prædicandi in universo orbe Matth. 28.v.19. Quid quod Paulo soli dictum: *Eris mihi testis apud omnes homines?* Actor. 25.v.15. an non ergo ille potius omnium ovium Christi Pastor dicendus fuerit? & quidem potiori jure, cum plus laboraverit in Ecclesiæ quam Petrus, *imo quam omnes Apostoli?* 1. Corinth. 15. v.10. *& sollicitudinem habuerit omnium Ecclesiarum.* 2. Corinth 11.v.28. 3. *Quid altud est, pasce oves meas, quam habe curam ovilis mei?* est autem unum tantum Christi ovile Johann. 10. Ergo universum gregem suum Christus Petro commisit. Resp. plus est in consequente, quam antecedens permittit. Christus commisit Petro oves suas & suum ovile. Ergo universum gregem & totum ovile ipsi com-

misit. Totius enim ovilis unus solummodo pastor est. Johan. 10.v.16. videlicet Christus ipse *אֵלֶיךָ צָדִיקָה*, qui dedit Ecclesiæ suæ Apostolos & Pastores Eph. 4.v.11. quibus singulis certum gregem ac certa ovilia commisit, magni autem illius ovilis, id est, totius Catholicæ Ecclesiæ unicus Pastor ac Dominus ipse manet. Totum ovile Petro commissum esse duplum intelligi potest, vel quod soli Petro non solum in omnes credentes, sed etiam ipsos Apostolos dominatus sit concepsus, vel quod prædicatio ipsius non sit alligata certo loco, sicut reliquorum ministrorum, sed quod habeat mandatum prædicandi in toto orbe. Priori sensu negamus totum ovile Christi Petro commissum: posteriori sensu concedimus, sed hac ratione nihil peculiare præ reliquis Apostolis ipsi datum. 4. *Cum Dominus ait, pasce oves meas, vel commendavit Petro oves suas omnes, vel nullas, vel aliquas certas ac definitas, vel aliquas indefinitas.* At nemo dixerit nullas aut aliquas certas esse commendatas; id enim est manifestè falsum, nec etiam aliquas indefinitas, quia non est sapientia provisoria relinquere indefinitam curam, cum posset eam definire, persim cum certa confusio & perturbatio ex illa indeterminatione oriatur. Preterea commendare aliquas, & non indicare quas, idem esse videtur, ac si commendarentur nullas. Quas enim quas oves pascet, qui gregem suum non cognoscit? restat igitur, ut omnes suas oves Christus Petro pascendas assignaverit? Resp. Christus oves suas indefinitè commisit Petro, non has aut illas, quia Petrus erat Apostolus, cuius proprium est non certo grægi perpetuò præesse, sed nunc has, nunc illas oves pascere; nec metuendum, ne inde confusio oriretur, quia Apostoli post acceptum Spiritum sanctum ab omniam ambitione liberi provincias orbis ita inter se diviserunt, ut prædicatio Evangelii ad omnes perveniret. Quamvis vero Christus hoc loco non expresserit, quas oves Petro commendaret, tamen S.S. postea & Petrum & reliquos Apostolos de eo certos fecit, quas oves pascere & quibus in locis Evangelium prædicare debeant, inde inter Petrum ac Paulum postea talis conventio facta, ut Petrus potissimum inter Judæos, Paulus inter gentes munus Apostolicum exerceret Gal. 2. vers. 9. id vero Petrus nunquam receperisset, si oves universim omnes sibi commissas credidisset. Nec ullà veritatis specie negari potest, etiam reliquis Apostolis oves Christi commissas fuisse, de illis igitur eadem argutiæ queri posset, an nullæ, an aliquæ certæ, an aliquæ indefinitæ, an omnes ipsi commissæ essent? De Patrum testimoniosis, quæ Bellarm. affert, ut etiam de argumentis, quibus probamus non omnes oves ita commissas esse Petro, ut Monarchicum in illas regimen exerceret, nec per Apostolos reliquos universum gregem appetere, fuisse pastum dici posse, videatur Witakerus controv. de Pontif. quæst. 2.c. & §.7. & seqq. Sutliv. 1.2. de Pontif. c. 5. D. Meisnerus parte 2. sobr. Phil. sect. 1. cap. 1.q.4. & alii. Illud utilius hoc loco monetur, quod metaphorâ pascendi in Scriptura V.T. frequenter officium ministrorum Ecclesiæ describatur. Num. 26.v.17. cum Moysi a Deo mors denunciaret, interpellat eum de successore, ne sit populus Domini sicut oves absque pastore. Idem nomen tribuitur ministris Ecclesiæ Cant. 1.vers. 8. Esa. 56. v. II. cap. 63. v. 11. Jerem. 2. v. 8. c. 3. v. 15. c. 10. v. 21. cap. 17. vers. 16. cap. 22. v. 23. cap. 23. vers. 1. & seqq. cap.

¶ 25. v. 34. c. 50. v. 6. Eze. 34. integrō capite hac de-  
reagitur. Mich. 5. v. 5. Zach. 10. v. 3. c. 11. v. 8. & seqq.  
ideo & Christus hoc loco restitutus Petro munus  
Apostolicum, pascendi verbo utitur, ut & ipsum &  
reliquos Ecclesiae ministros officii sui admoneat.  
1. Pastor ovium per *ostium intrat in ovile* Joh. 10. v. 2.  
sic minister Ecclesiae legitimam habeat vocatio-  
nem, non irrumpt vi, vel alii mediis illegitimis.  
2. *Pastor vocat oves & quidem nominatim* Joh. 10. v. 3.  
sic minister Ecclesiae auditorum suorum ingenia,  
mores & qualitates pernoscere discat, ut pro diver-  
sitate Naturarum eos compellare & tractare possit.  
3. Pastoris praecipuum officium est ovibus de salu-  
bribus pascuis providere: ita ministri Ecclesiae ver-  
bo Dei, quod est cibus animalium, pascant auditores  
suos ad vitam aeternam, contra vero à venenatis  
haereticorum pascuis abducant & dehortentur.  
4. *Pastor educit oves & ante illas vadit*, Joh. 10. v. 4. sic  
minister Ecclesiae educat auditores ex tenebris  
ignorantiae & peccatorum in lucem doctrinæ & bo-  
norum operum, praeat etiam non solum voce, sed  
& vita exemplo. 5. Pastor oves suas lavat ac mundat,  
ne pedor scabie in illis procreet: ita minister Ecclesiae  
gravibus ac seriis admonitionibus a mala pec-  
catorum scabie auditores suos purgare satagit. 6. Pa-  
stor defendit oves contra incursus luporum, erran-  
tes in viam revocat, ac nissas querit, infirmas curat,  
confractas alligat, non suum sed ovium commo-  
dum querit &c. etiam vitam pro illis ponere para-  
tus est. Eze. 34. 16. Joh. 10. 1. haec omnia ministris  
Ecclesiae pulcherrime accommodari possunt. Videat  
autem Romanus Pontifex, an hos pastorales actus  
exerceat, & Petrum, cuius successorem se gloria-  
tur, in illis imitetur. Verba Christi: *pase oves meas*,  
sibi quidem soli accommodat, & Monarchicum su-  
um dominatum ex illis probare conatur, interim  
tamen ne minimam quidem pastoralis officii par-  
tem legitimè & sincere tractat, quod *xata mea* de-  
monstrare admodum proclive foret.

Traximus ad posteriorem hujus colloqui Pet-  
rum concorrentis partem, in qua post trianam ovium  
commendationem subjungitur *Martyrii prædi-  
cio*. Requisita erat à Petro in ovibus Christi pascen-  
dis fidelitas & diligentia, nunc exiguit etiam pati-  
entia, ut non solum pastu ovium, sed & moriendo  
amorem suum declaret. Est ergo talis cohærentia.  
Sive & sincere me diligis, oves meas paces. Si  
oves pacis, crux sequetur, hanc eodem erga me  
amore ductus patienter tolerabis. Verba prædictio-  
nis metaphorica sunt, sed ab ipso Evangelista, qui  
colloquio huic interfuit, expedita. *Amen, amen dico  
tibi*, cum esses junior, cingebas te, & ambulabas, quo  
voles: cum autem senueris, extendes manus tuas,  
& alias te cinger, & ducet, quo non vis. Hoc autem dixit,  
significans quā morte glorificatus esset Deum. Primo  
præmittitur gravis attestatio in re seria & magni  
momenti Christo usitata, qui formulam illam  
asseverandi toties repetit, quia ipse est, in quo &  
per quem omnes Dei promissiones sunt rei & apli-  
catae. 2. Corinth. 1. v. 20. ipse est ὁ ἀμνός fidei ille & verus  
testis Apoc. 3. v. 14. imo ipsa veritas Johan. 14. v. 6.  
Cum ante passionem Petro prædiceret peccatum  
abnegationis, eadem asseverandi forma ulus  
erat, Matt. 26. v. 34. Marc. 14. v. 30. Johan. 13. v. 38.  
eandem asseverationem hoc loco repetit, cum mar-

tyrium Petro prædictit, ut ostendat, tam certò secu-  
ratur martyrium, quam verè & certò impleta præ-  
dictio de abnegatione, quod ut crederet Petrus,  
tum quidem induci nequaquam poterat. *Passum  
prædicit*, ait glossa ordinaria, qui negaturum predi-  
xerat, hoc jam poterat resurrectione firmatus, quod im-  
mature pollicebatur infirmus. Porro in ipsa prædictio-  
ne est *art. 3. diversi temporis, atatis & voluntatis*. *Cum junior es*, cingebas te & ambulabas, quo vo-  
lebas: cum autem senueris, extendes manus tuas &  
alias te cinger, & ducet, quo non vis. Posteriorem  
*art. 3. diversa partem manifestum est de violenta Petri*  
morte agere, quod scilicet in senectute ab immani  
carnifice cingendus sit, & manus eius vinculis con-  
stringendæ, ut ad supplicium mortis ducatur; ita  
namque ipse Evangelista hoc membrum declarat  
in Graeco est verbum *λέπεται*, quo eodem verbo  
Christus ulus fuerat, ἐλίωντος σταύρῳ. prior autem  
pars *art. 3. diversimodo accipitur*. Quidam  
enim de primis annis ministerii Petri eam intelli-  
gunt, hoc sensu: Quemadmodum juvenes, qui ve-  
geto adhuc corpore & integris sunt viribus, liberè  
& expeditè ambulant, quo volunt: cum vero senio  
confecti sunt, solent ab aliis duci, & nonnunquam  
eum ducuntur in locum, quo minimè voluerunt;  
ita prædicto tibi, quod multis adhuc annis liber &  
expeditus versaberis in ministerio, ad quod te voca-  
vi, & cui triana ovium commendatione te restituī,  
postquam vero ad senectutem perveneris, duceris  
quo non vis, rapieris ad mortis supplicium. Hac ra-  
tione utrumq; membrum *art. 3.* futurum tem-  
pus respiceret, prædiceretur enim Petro, quam for-  
tem in primis Apostolatus sui annis, & in termino  
ejusdem expertus sit, videlicet quod partes offi-  
cii sui liberè & expeditè per multos annos admini-  
stratus sit, & quanquam interdum conjiciendus  
sit in vincula, tamen potenti Dei manu ex carcere  
iterum liberandus, donec cursum ministerii sui ab-  
solverit, & quod in senectute demum manibus ex-  
tentis & reuinctis ad mortis supplicium sit ducen-  
dus. Hanc interpretationem eventus ipse compro-  
bat. Petrus enim die Pentecostes induitus virtute  
ex alto, Evangelium Christi in variis regionibus tri-  
ginta septem annis liberè prædicavit, usq; ad ultimi-  
num annum Imperii Neronis, a quo cruci est affi-  
xus capite in terram verso & pedibus in sublime ele-  
vatis. Hieronym in Catal. illustr. viror. Nicephor.  
lib. 2. cap. 34. Sed cum in præterito Christus dicat,  
cum esses junior, cingebas te & ambulabas quo voles: id  
eo prior pars oppositionis de prætergressis juveni-  
libus annis Petri rectius accipitur. Petri juvenus  
libertatem habebat cingendi, faciendi, ambulan-  
di quo lubebat; in senectute cingetur ab alio, duce-  
tur quo non vult, puta ad mortis supplicium, a quo  
Natura abhorret. Verbum *λέπεται* respicit ad  
vestitum in orientalibus regionibus usitatum, ute-  
bantur enim longis & laxis vestibus, quoties igitur  
veliter ingressuri, vel operis aliquid facturi, vel  
cum luctatore aliquo pugnatui erant, succinge-  
bant se, ut expeditiores & paratores essent. 2 Reg. 4.  
vers. 29. Luc. 12. vers. 35. cap. 17. vers. 8. Joh. 13. v. 4.  
Actor. 12. vers. 8. &c. & quia juvenes, utpote  
corpo adhuc vegeto & integris viribus prædicti,  
ad itinera, labores & luctas expeditiores sunt,  
ideo Christus hoc loco dicit Petro: *cum esses ju-  
nior, cingebarte*. Syrus habet vocem *λέπεται* que  
signifi-

significat *puorum*, vel etiam *juvenem* quindecim aut sedecim annorum, quæ ætas in primis libertatis cupida est. Gen. 21. v. 15. Marc. 5. v. 41. Galat. 4. v. 1. Pueri cùm nondum per ætatem sapiunt non coercentur legibus politicis, permittuntur libertate sua frui & ambulare, quo volunt; postquam autem adleverint, non amplius permittuntur liberè vagari, quò volunt, sed traduntur vel literis, vel opificiis, subjiciuntur legibus Reipublicæ, coercentur severiori disciplinâ: ita quoq; Petrus, cùm esset puer ac tener adhuc juvenis, utebatur libertate suâ, cingebat se, & ambulabat, quò volebat; sed in senectute, ubi ad terminum Apostolatus perseverit, alias ipsum cinget. Nec improbabiliter dicitur, Christum ad lapsum & abnegationem Petri, in qua libertate sua abusus erat, respicere, liberè enim à Christo defecerat, ambulaverat in atrium Pontificis, associaverat se Christi hostibus, quâ occasione ad abnegationem erat perductus, potissimum tamen respectus habetur ad libertatem in externis rebus juvenili ætati concessam. Possunt etiam hæc ad fideliæ ætates transferri. Pueri habent suos ludos & jocos, ita Dominus concedit tranquillitatem, *ducit nos sicut juventutem* Ps. 48. v. 15. tractat molliter, donec in Christo grandescamus, tunc enim destinamur cruci, ducimur quo nolumus, sicut & pueri grandescentes vel ad literas vel ad opificia etiam. inviti ducuntur. V.T. fuit tempus pueritæ Gal. 4. v. 3, dabantur terrena promissiones, quibus velut ludicris rebus ac puerilibus Patres. V.T. educati sunt: N.T. est tempus senectutis 1. Cor. 10. 11. in quo ducimur ad crucem Matt. 16. 24. Ult autem in V.T. fuerunt senes, ita in novo reperiuntur juvenes &c. *Cum verò senueris, extendes manus tuas;* significatur, Petrum non primis statim post ascensionem Christi annis supplicio affectum iri, sed ad senectutem per venturum, ac multis prius annis Evangelium in orbe prædicaturum, antequam ad violentiam mortem ducatur. Eventu ipso id comprobatum, testantur enim Historiæ Anno Christi 68. vel ut alii volunt 70. ultimo Neronis anno Petrum Romæ crucifixum. Orig. apud Eusebiū lib. 3. c. 1. Niceph. l. 2. Histor. cap. 34. Extenſio manuum ad genus mortis videlicet ad crucifixionem à quibusdam refertur, cùm Evangelista verba Christi sic interpretetur, quod significant πνεῦμα θαύμα, qualitatem mortis, quam Petrus erat subiturus, *Tunc Petrus ab alio cingitur cùm cruci astringitur*, ait Tertull. l. advers. Gnost. c. 15. Sed cùm in aliis etiam violentæ mortis generibus quam in crucifixione manus extendantur, cùmque addatur, *alius te cinget & duces*, quò non vis, ideò ad constrictiōnem per vincula, quæ imponi solent illis, qui ad supplicium ducuntur, simplicius refertur, ut significantur manus exten denda, non ut clavis figerentur, sed ut loris vincerentur. Si Petrus capite in terram demissio & pedibus cœlum versus erectis crucifixus est, ut paulo post ex Euseb. dicetur, necesse utiq; fuit, pedes potius extensos sive diductos, manus autem conjunctas instar pedum, nec enim aliter serebat forma crucis. Syrus reddidit: Alius cingit lumbos suo. Proponitur igitur in exemplo Petri solennis fortuna ministrorum Ecclesia in hoc mundo, quod propter confessionem & prædicationem Evangelii odia, pericula, quandoque etiam mortem ipsam sustinere cogantur, Matth. 10. vers. 16. Johann. 15.

v. 18. cap. 16. vers. 2. &c. id quod exempla Prophetarum, Apostolorum, Johannis Baptista, adeoque omnium Martyrum evidenter comprobant. Merito igitur Christus Petro oves suas commendatrus de dilectione prius ipsum querit, sine quâ nemo poterit aequo animo tolerare adversa, quæ ob ministerium contingere solent: ac proponitur in his verbis optimus commentarius verborum Christi, quid illicet sit oves Christi pascere, videlicet non exercere dominationem in oves, sed luporum, hoc est, persecutorum ac Tyrannorum furori expositum esse. Quare vero Petro dicitur, *alius te ducet, quò non vis?* cùm tamen Euseb. lib. 3. Historiæ Eccles. cap. 1. testetur, Petrum tantâ animi promit tude suscepisse crucem, ut voluerit capite in terram demissio & inversis vestigis crucifigi, indignum se dicens, qui eo modo crucifigatur, quo Christus, erecto scilicet capite. Gloss. ordinat. ex August. tract. 123. in Johan. respondet, *Petrum, nolentem ad mortem venisse, sed postea affectum infirmitatis, quo nemo vult mori, reliquisse.* Et sane dubium nullum, quin Petrus affectum carnis mortem horrescentis Spiritus robore superaverit, interim tamen cùm in ipso crucis supplicio caro Petri man serit caro, hoc est, infirmitatibus circumdata, ideo distinctione Spiritus & carnis in Petro res optimè explicatur. Petrus cùm coram Concilio Hierosolymitano unâ cum reliquis Apostolis flagris cæderetur, *gaudens* à conspectu Concilii exivit, Acto. 5. v. 41. eodem affectu etiam crucem suscepit. Sed hæc promta voluntas non profecta est à carne, sed ex Spiritu; Christus vero hic loquitur de refractaria Petri carne, *in qua adhuc peccatum habitat*, Rom. 7. vers. 18. *qua Spiritui in renatis adhuc repugnat* Galat. 5. vers. 17. *de lege membrorum, que repugnat, legi mentis*, Rom. 7. vers. 23. Qamvis vero Petrus infirmitatem carnis repugnantis in ipsa passione ac morte sentiat, nihil tamen minus ipsius passione & morte glorificatur Deus, quia scilicet in firmates adhærentes agnoscit & deplorat, fide in Christum easdem sibi condonari petit ac Spiritu illis resistit, easdemque vincit. Magnum hoc præbet nobis solatium, si quando & nos in persecutionibus trepidantes infirmitates nostras sentimus, ne propterea despondeamus animum, sed cogitemus, etiam sanctissimos Martyres infirmitatem carnis, quam in hoc mundo adhuc circumstant, sensisse, ut non nisi secum ipsis pugnando de hosti bus veritatis triumphum agere potuerint. Augustinus tractat. 123. in Johannem. *Moleſtia quantaunque sit mortis, debet eam vincere vis amoris*, quo amatur ille, qui cùm sit vita nostra, etiam mortem volunt perferrre pro nobis, nam si nulla esset mortis vel parva moleſtia, non esset tam magna Martyrum gloria. Est autem hæc in narrabilis DEI misericordia, quod opera & passiones nostras, quibus adhærent infirmitates & defectus multiplices, tanti astimet, ut illis sele glorificari dicat, fit hoc omne propter sanctissimum Christi meritum & perfectissimam illius obedientiam, quo velut umbraculo infirmitates, navi ac defectus, operibus & passionibus nostris adhuc inhærentes obtenguntur, ne in conspectum DEI veniant, sed pro sanctis operibus & gloriis passionibus ab ipso reputentur, sicut Evangelista hoc loco addit, quod Christus hoc

hoc dixerit Petro *significans*, quia morte glorificaturus est Deum: quod videlicet non naturali, sed violento mortis genere obiturus, & veritatem Evangelii confirmaturus sit, eo enim spectant verba. Extendes manus tuas & aliis te cinget & ducet, quod non vis. Qui-dam statuunt ipsam speciem violentiae mortis, videlicet crucifixionem extensione manuum significari, sicut *ποιόντες Γαβάρη* exprimitur Joh. 12. v. 33. Sed cum superius demonstratum sit, extensionem illam de vinculis Petro ad supplicium ducto injectis rectius intelligi, ideo verba Evangelista in genere de violenta Petri morte accipimus, postea vero cum Christus surgens a prandio dicit Petro, *sequere me*, ipsa mortis species, videlicet crucifixio recte denotata fuit, ut paulo post dicernus. Accuratè ergo hic notandum, quod Johannes dicit, Petrum Martyrio suo Deum glorificaturum. Mors Sanctorum Martyrum in oculis mundi & carnis est turpis, flagitiosa & abominabilis, sed in oculis Domini est gloria. Ps. 116. v. 15. *Precioſa eſt mors Sanctorum in conſequētū ejus.* Quomodo autem glorificatur Deus Martyrum morte? ostendunt morte suā sancti Martyres, veram ac certam esse doctrinam, quam non dubitant suo sanguine obsignare, hac ratione nomen Dei inter homines glorificatur: ostendunt etiam, quod omnia hujus mundi bona, etiam vita ipsa, confessioni veritatis & amori Dei sit postponenda. Sancti non sunt vitæ prodigi, non ruunt in supplicia, multo minus sibi ipsi manus inferunt, sicut Donatistæ, Anabaptistæ & alii fanatici, ut etiam quidam desperabundi inter Ethnicos faciunt, sed agnoscunt, vitam esse donum Dei, ideo eam non abiciunt temere ac sine necessitate. Quando vero agitur de gloria Dei, hoc est, quando vel confessio doctrinæ celestis, vel vita ipsa deserenda, tunc patiuntur seduci, quo alias, si absque confessione doctrinæ esset, duci nollent; malunt ergo vitam amittere, quam verbum Dei negare, hac ratione glorificatur Deus, agnoscitur veritas verbi, excitatur in animis hominum reverentia erga doctrinam celestem, ac re ipsa ostenditur, amorem, timorem & honorem Dei omnibus vitæ hujus bonis, inter quæ ipsa vita præcipuum locum obtinet, præferendum esse. Sic Petrus suo Martyrio testatus est, verum esse Evangelion de Christo, cum vitam sibi maximè caram amittere malit, quam ab hac confessione discedere, hac ratione Christus & in Christo etiam Pater celestis glorificatur. Johan. 13. v. 31. *Nunc clarificatus eſt Filius hominis & Deus clarificatus eſt in eo.* Et quia Martyres suā morte Deum glorificant, ideo ipsi vicissim à Deo glorificantur & æternā gloriā ornantur. 1. Sam. 2. v. 30. *Glorificantes me glorificabo.* Neque tamen ex merito passionis gloriam celestem consequuntur, non enim dicit Evangelista, quā morte Petrus promeritus esset vitam æternam, & cum in ipsa passione Petrus ducatur, quo non vult, ex eo intelligitur, quod passio sit impura & patientia imperfecta, ut nec sua nec aliorum peccata eadē expiare possit, sed totum hoc ex gratia propter Christum fide apprehensum Sanctis contingit, quod suis passionibus Deum glorificant, & per easdem in gloriam celestem intrent, cum in se & ex se non sint condignæ ad futuram gloriam. Rom. 8. v. 18. Ambros. in h.l. *Si morimur pro Christo, & ille mor-*

*Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.*

*tuus eſt pro nobis, sed ille, ut prodeſſet nobis, noſtra au-tam mors non illi proficit, sed nobis; temporalem enim vi-tam perdimus, ut nobis rependatur æterna. Et quid mirum, si servi moriantur pro bono Domino, quando Do-minus mortuus eſt pro seruis & malis?* Euthym in c. 21. Johan. *Glòria eſt non discipuli tantum, sed & Dei, mors quā quis propter eum supplicio afficitur, ejus quidem qui occiditur, quia pro Deo moritur: DEL autem, quod tales habeat discipulum.* Nos autem exemplo Petri discussimus omnes passiones & actiones nostras ita instituere, ut per illas Deus glorificetur. 1. Cor. 10. 31. illud fit fide, invocatione, confessione, oblatione verbi, bonis operibus, patientia in ærumnis ac tolerandā morte divinitus imposita. Atque haec est prædictio de morte Petri, quā Christus confirmat confessionem illam Petri, *Domine, tu noſti omnia;* cum enim futura, quæ post aliquot annos cursum demum contigerunt, Christus tam exactè sciat & prædicat, eo ipso suam omniscientiam & divinitatem manifeste comprobat. Facit hoc ipsum ad alendam fidem & patientiam in cruce, videmus enim Christum afflictiones Ecclesiae & membrorum suorum probe scire, neque quicquam ipso vel inscio vel invito nobis accidere, sicut ea, quæ Petro hic prædictit, triginta septem annis post hoc colloquium, ultimo scilicet Neronis anno, sunt impleta; promtè igitur obediamus Deo sub crudem nos vocanti, acquiescentes in bona ejus voluntate.

Porro cum Christus hac ratione Petro Martyrium suum prædixisset, surgens a prandio cœpit abiare & dixit Petro: *Sequere me.* Quod enim non amplius prandio astidens, sed surgens & abitu parans hoc dixerit, patet ex eo, quod Petrus oculis retrò conversis Johannem sequentem vidisse dicitur. Quemadmodum enim Prophetæ V. T. non solum verbis fed & gestibus ac factis quædam significabant: ita Christus altius quoddam hoc præcepto de sui sequela Petro præfigurare voluit, quod cum Petrus fortè nondum intelligeret, incessu pedum sequi cœpit, *secutus eſt etiam Johannes,* qui sciebat se à Christo diligi, cum in ultima cœna ante passionem super pectus Christi recubuisse, & proditoris manifestationem à Domino impetrasset. Quid autem verbis hisce, *sequere me,* Christus à Petro requiviterit, quidve sibi illis voluerit, ex antecedentibus colligitur. Imposuerat Petro pastorale officium, & prædixerat ei Martyrium, surgens ergo dixit Petro, *sequere me,* & sic per illam sequelam corporalem idem significabat, quod verbis prius exprefserat. Primo exemplum suum in pascendis ovibus ipsi proponit. Scis quomodo versatus sim haec tenus in dendri munere à Patre celesti mihi commisso: scis quantâ diligentia oves mihi ab ipso traditas paverim, *ut autem misit me Pater, ita & ego te mittō* Joh. 20. v. 21. ergo in exemplum fidelitatis, diligentiae & industriae meæ velut in speculum perpetuo intuere. Sic igitur Christus Petro & Pastoribus reliquis omnibus sese ducem ac *οδηγὸν* proponit, quem in ministerio sequantur. Cum enim pro Christo legatione fungantur 2. Cor. 5. v. 20. atque idem omnino officium administrent, quod Christus in diebus carnis suæ docendo & prædicando administravit, ideo æquum est, ut pari studio & diligentia gregem Dominicum curent. Deinde exemplum suum in obeunda morte ipsi pro-

proponit. Scis, quid præmii loco pro hac oviumpalitura in mundo reportaverim, quid ab impiis passus sim, & quomodo per passiones in gloriam intraverim, hinc cognosce, quid expectes, hinc pete, unde erigaris. In Historia passionis cùm Petrus quæreret, Domine, quò vadis? audit à Christo. Quo ego vado, non potes me sequi modò, sequeris autem postea Johan. 13.v.36. quibus verbis testè indicat, quod Petrus suo tempore idem præmium à mundo relatus sit, quod ipse retulerit, videlicet mortis supplicium. Hujus prædictionis admonet hoc loco Petrum, quando dicit, sequerē me, q. d. antea ex carnis affectu pollicitus es, te omnino me si qui velle, si vel maximè animam tuam pro me ponere debeat Joh. 13.v.37. sed quomodo effectui illud datum, & quām minimè omnium me secutus sis, tu tibi ipsi optimè conscius es; quando vero Spiritus virtute ex alto induitus eris, tunc in veritatis Evangelicæ confessione ita confirmaberis, ut nequaquam dubites ad mortem usque me sequi. Hunc verborum Christi sensum ex Spiritu revelatione postea intellexit Petrus, unde sic scribit 2. Epist. 1. vers. 14. Scio, quòd propediem tabernaculum meum depositurus sim, sicut Dominus noster Jesus Christus mibi significavit. Quidam hanc explicacionem colligunt ex oppositione. Sicut manere de Johanne usurpatum non potest intelligi eo sensu, quasinollet Christus Johannem se sequi, id est, pacificare oves Christi, fuit enim constitutus Apostolus, sed tantum de vita ejus quo modo intellexerunt Apostoli & ipse Johannes explicat: sic sequi de Petro usurpatum exponendum est de morte Petri. Denique verbis Christi, sequere me, ipsam speciem mortis videlicet crucifixionem testè Petro prædictam esse, non absurde dicitur, cùm eventus hoc ipsum comprobabit. Testantur enim Historiae, Petrum à Nerone Romæ crucifixum capite in terram demissum, & pedibus in sublimè elatis. Sic ergo sensus erit: Cruci sum affixus, tu me sequeris, idem tibi continget, eadem crucis ignomia tecum manet; sequere igitur animo constanti & infrafecto, meum intuitus exemplum. Est autem duplex sequela Christi, generalis & specialis. Quamvis enim non omnes p[ro] eo modo jubeantur ac possint sequi Christum, quo Petrus, qui ad mortem usque crucis ipsum secutus, vel quo juvenis ille Matt. 19. v.21. qui speciali mandato omnia bona vendere, pauperibus precium distribuere, & in scholam Christi se conferre, eundemque individue sequi iussus est, hæc enim est specialis sequela, ad quam etiam pertinet vocatio Apostolorum Matth. 4. v.20. cap.9. vers.9. Marc. 2. vers. 14. Luc. 5. vers. 11. &c. tamen est alia quædam sequela Christi generalis & omnibus vere piis necessaria, de qua Matth. 10.v.38. Qui non accipit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Matth. 16. vers. 24. Si quis vult post me venire, abneger seipsum & tollat crucem suam & sequatur me, quod repetit Marc. 8.v. 34. Luc. 9.v.23. cap.14.v.27. ubi itidem vox eius habetur, hæc sequela consistit in fidei constantia, in vita innocentia, in carnis mortificatione, in sui abnegatione, & in crucis tolerantia. Ut enim Petrus per crucem dicitur sequi Christum; ita ad consortium crucis vocati cogitemus per eandem nos conformes reddi Filio Dei. Rom. 8.v.29. unde omnes calamitates crucis nomine vocantur,

quia per easdem Christo crucifixo conformamur, & Christus suā cruce omnes passiones nostras fanaticavit & consecravit, ut sint nobis salutares, & sint via ad gloriam sicut ipse per crucem in gloriam intravit. Luc. 24.v.26. Actor. 14.v.22. Rom. 8.v.28. sequamur etiam Christum per crucem hoc modo, ut ab ipso discamus, quomodo in cruce nos debeamus gerere. Matth. 11.v.28. Philip. 2.v.5. 1.Petri 2. v.21. & 23.

Altera pars hujus colloquii concernit Iohannem. Cùm enim Petrus Christum sequeretur, conversus, id est, retrospiciens, ita namque usurpatum vocabulum ēwīspāōēs, Matt. 9.v.22. Marc. 5.v.30. c.8.v.33. Apoc. 1.v.12. & ēwīspāōēs Matth. 16.v.23. Luke. 7.v.9. & 44. Joh. 20.v.14. &c.) videt illum discipulum, quem diligebat Jesus, sequentem, qui ē recubuit in cena super pectus ejus & dixit, Domine, quis est ille qui tradidit (quæ est periphralis Johannis Evangelista etiam superius repetita) Hunc ergo cùm vidisset Petrus, ex curiositate quærerit, & dicit Jesu, Domine, hic autem quid? sic igitur mandatum Christi propheticum, sequitur cito sum Petri quæsum. Petrus paulò ante à Christo audierat, quid de se futurum esset, quomodo scil. per cruentum mortis supplicium Christum sequi debet; sed hac exitus sui manifestatione non est contentus, inquirit etiam ex curiositate de exitu Johannis. Et G. rī; ait, quid de illo fiet? Syrus reddit: Domine mi, & hic quid? Antequam vero sensum questionis & affectum, ex quo profluxit, plenius excutiamus, exponenda sunt causa, propter quas tam longa periphralis Johannis Evangelista addatur. Factum hoc ideo 1. quia ipse Johannes hanc Historiam descripsit, voluit igitur ēwīspāōēs potius quām diserta nominis expressione suis suis meminisse. 2. hac periphralis indicatur causa, propter quam solus Johannes reliquis discipulis defidentibus Christum & Petrum sit secutus, noverat se à Christo diligere, recubuerat in cena super pectus ejus, impetraverat manifestationem proditoris, noluit igitur à Christi latere avelli, sed ipsum secutus est, licet soli Petro diceretur, Sequere me. 3. eadem paraphralis commendat nobis hanc ipsam & totam Evangelicam Historiam à Johanne descriptam. In pectore Jesu sunt omnes thesauri sapientia & scientie conditi Coloss. 2.v.3. supra hoc pectus recubuit Johannes, quem Christus majori cateris sapientia & scientia singularis munere donavit, in quo figurabatur (ait glossa ordin.) quāta arcana divinitatis praecateris effet scripturus. Ambrosius lib.3. de Sacrament. cap.2. in med. Johannes verè p[ro]æ ceteris magna vidit mysteria. Et postea: Omnes quidem sancti Evangeliste, omnes Apostoli preter proditerem sancti, tamen S. Johannes, qui ultimus scriptor Evangelium, quasi necessarius requisitus & electus à Christo magiore quædam tubâ fudit aeterna mysteria; quicquid locutus est, mysterium est. 4. si quætionem Petri p[ro]æ solitudini tribuere velimus, dici potest, hac paraphrali exponi causam, quā compulsus fuerit ad movendam illam quætionem, absurdum enim putabat, se solum vocari omisso Johannem, quem semper Christus tantoper dilexerit. Sed cùm paulò post demonstrandum sit, curiositati tribendum esse hoc quæsum, ideo rectius dicitur hac paraphrali peccatum curiositatis exaggerari. Christus singulariter Johannem diligebat. Petrus igitur

igitur intempestivè pro eo sollicitus est: non negliget Christus eum, quem sibi habet charissimum. Petrus videt Johannem sequentem, frustrè igitur quærit, quid autem ille? si cunctantem ac delidem viderit, locum fortassis habuisset illa quæstio, cum verò videat sequentem, cur intempestivè & curiosa de eo querit? Johannes super pectus Christi in ultima cena recubuerat, & proditoris manifestationem impetraverat; conscius erat secretorum Christi, nec reprehendebatur, cum de proditore quereretur, sicut h. l. Petrus reprehenditur, cum de Johannis conditione quærit, intempestiva igitur & curiosa nimis est Petri quæstio. Sensum quæstionis quod attinet, cum in præcedentibus oves suas Christus Petro commendaverit, ideo quidam existimant, de officio docendi Petrum querere. Commissisti mihi pascendas oves, quid autem ille? num & ipse debet gregem pascere ac mecum in Ecclesia docere? Sed cum Petro probè constiterit, Johannem æquè ac se ad Apostolatum vocatum esse & à Christo audiisse, *Sicut misit me Pater, ita & ego mitti vos*, ideo non est verisimile de docendi munere ipsum quærere voluisse. Quidam in genere de conditione Johannis à Petro quæsitum statuunt. Audiri meam vocationem, quid mihi agendum ac patiendum sit, illius autem quæ erit vocatione? quid ille ageret? quid ipsi expectandum? Hæc interpretatio non est absurdia, cum genus suas species complectatur, interim tamen ex circumstantiis textus apparet, Petrum in specie quærere non de tota Johannis vocatione ac conditione, sed de vita exitu, sive mortis genere, uti paulò post plenius demonstrabitur. Quidam hunc esse volunt quæstionis sensum. Jussus sum te sequi, quid autem ille? cur ego solus vocor, ut te sequar? cum Johannem tantopè diligas, cur ille non jubetur itidem te sequi. Sed textus series ostendit, quæsitum Petri altius quidam quam sequelam corporalem respicere, ac de mortis genere, sive vita exitu, qui Johanni expectandus sit, ipsum quærere. Apparet id tūm ex antecedentibus, tūm vel maximè ex consequentibus. Audierat Petrus à Christo: *Cum senueris, extenderes manus tuas, & alius te cinget, & ducet, quo non vis;* sibi igitur soli tām tristia prædicti ægrius ferens, de Johannem quærit, quid autem ille? num idem vita exitus ipsum manet? num violenta an tranquilla morte in senectute bona morietur? forte hæc mors violenta abnegationis mæ erit poena, Johannes autem quem peculiariter diligis, peculiariter prærogativā à violento mortis supplicio liber erit? Hic quæstionis sensus ex Christi responso manifestius eluefecit. *Si cum velim manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere, id est, Nihil ad te attinet scire,* quo genere mortis illum evocare velim, turelictā curiositate me sequere. Ex quo etiam affectus Petri apparet, quo scilicet ariomo atque affectu hanc quætionem proposuerit. Quidam p[ro]s[ec]t[us] sollicitudinē eam tribuunt hoc sensu. Audio grave onus paucendigrem Dominicum & mortem violentam subeundi mihi met imponi, quid autem ille? num in hisce separandus sum à fidissimo hoc meo Achate? destituarne ejus operā, auxilio & consolatione? Testatur enim Historia Evangelica, peculiarem quandam societatem & familiaritatem inter Petrum & Johannem fuisse, Luc. 22, 8. ambo mittuntur ad parandum pascha, Joh. 13, 24. innuit Petrus Jo-

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

hanni, ut de proditore quærat. Joh. 20, v. 4. post resurrectionem uterque currit ad sepulchrum Christi, Joh. 21, v. 7. Petrus à Johannem admonetur Christum in littore adesse. Actor. 3, v. 4. post alcensionem Christi ascendunt simul in templum & edunt miraculum in clando. Act. 4, v. 19. post incarcerationem edunt præclaram confessionem. Actor. 8, v. 14. simul mittuntur ad confirmandos Samaritanos. Constat igitur, Petrum Johannis societate peculiariter delectatum, cogitari igitur poterat, ex pio quadam affectu, & solicitudine hoc quæsitum de Johannem profici; Chrysost. hom. 88. in Joh. Quemadmodum (Petrus) in cena interrogare non ausus, Johannem sufficit (επειδή οὐται) ita nunc vicem reddit arbitratus eum velle, sed non audere de se sciitari. Sed severum Christi responsum ostendit contrarium, videlicet non ex pio affectu, sed ex curiositat[is] vitio Petrum quærere, quid autem ille? ut sit sensus: Cum mihi tām tristia sint prædicta, quid huic expectandum? egone solus ita tractabor? cur ille evadet liber? quid præ reliquis deliqui, ut durissim tractandus? Ita cum curiositate quædam impatientia conjuncta est. Est ergo hoc evidens exemplum infirmitatis in sanctis. Petrus gravissime peccaverat audaciâ, temeritate, præsumitione, desertione & abnegatione Christi, ab hoc lapsu per veram penitentiam surrexerat; sed vix dum erectum videmus iterum labentem & curiositate peccantem, quamvis hic lapsus sit mitior & tolerabilior priore. Hoc certe animis nostris securitatem excutere & serium Dei timorem in nobis excitare debet, ut *an[te] cōs[erv]ā[re] ambulemus*, Ephes. 5, vers. 15. *cum timore ac tremore* Phil. 2, v. 12. nutantibus enim illis columnis quis non trema? Petrus paulò ante cum in mare se dimitteret, exhibuerat specimen magnæ fidei & caritatis erga Christum, professus erat, se verè & sincere Christum diligere; jam verò curiositate ita peccat, ut graviter à Christo reprehendatur. Est autem curiositatis vitium Naturæ nostræ innatum ac latissimè omnino patens, cuius species vix percensi possunt omnes. Peccant enim curiositate, i. qui non contenti suâ vocatione, vel ea etiam reliquæ invadunt in alienam, quos Petrus vocat *ἀλλορεστωνόποις* 1. Epist. 4, vers. 15. innatum enim omnibus hoc vitium, ut alterius sortem ac vocationem semper statuant beatorem, tranquilliorem ac jucundiores;

*Optat ephippia bos piger, optat arare caballus;*

inde oritur negligentia in officio commisso, ægritudo non necessaria, prohibitum alienæ functionis desiderium, admiratio propriarum virium, impatientia & mala alia sexcenta, merito igitur contra hoc fastidium vocationis propriae & desiderium alienæ graviter intonat Siracides cap. 3, vers. 19. & seqq. Paulus eos vocat *ατακτως περιπαστεις καὶ περιεργαζουές* 2. Theff. 3, versi 11. 2. qui ex superstitione alienæ sanctitatis admiratione deserunt legitimū vitæ suæ genus, sequuntur exempla Sanctorum sine verbo Dei, ideo non sunt imitatores sed similes Sanctorum, quia opera eorum sectari volunt, à quorum fide & Spiritu longissimè absent. Hac de re latè tractat D. Luther. in Post. Eccl. in expl. hujus textus. Nos in vocatione ea, in quam Deus unumquemque collocavit, Christum sequa-

mur, nec respiciamus singularia facta Sanctorum, quam vita regulam tenuerit Augustinus, quam Basilius, quam Bernhardus, sed perpetuo cordibus & auribus nostris insonet illud Christi. *Tu me sequere.* 3. qui in cruce respiciunt aliorum exempla, qui minus affliguntur, & propterea redduntur impatientes, quod præ reliquis durius tractentur, invidenter aliena felicitati, seque unos omnium statuant esse miserrimos. Sed relicta hac curiositate audiamus vocem Christi. *Quid hoc ad te? tu me sequere.* Consideremus mirandam Dei sapientiam & iustitiam in distributione crucis inæquali, sequamur Christum promte, sive per rosetum sive per senticetum nos ducat, nec respiciamus exempla eorum, qui mitiùs tractantur, sed potius Christi Duxis nostri exemplum, qui inter omnes Dei filios durissimè tractatus, ad cuius passiones comparata nostra calamitates sunt rose ac saccharum. 4. qui futuros rerum eventus, quos Pater coelestis posuit in potestate sua, inquirere satagunt, quo pertinunt Astrologicae prædictiones de successu actionum, de mortis genere &c. Genethliacorum nugamenta, sortilegia, & reliqua artes fatidicae. 5. Pertinet etiam hoc ad curiositatem, quando subditus de regimine Magistratus, auditores de officio Pastorum, discipuli de institutione præceptorum &c. temerarium ferunt judicium, atque ex *δοξοφilia* omnibus innata statuant, se partes officii longè rectius & dexterius exequi & velle & posse, si gubernacula rerum ipsis tradantur. Tam latè scilicet in tota humana vita patet curiositatis vitium, ut perpetua omnium vox sit, *quid autem ille?* Sciamus vero, curiositatem esse peccatum non leve nec contemnendum, cum Petrus ex Christi responso cautione factus *ἀλλογενοτρόπος* cum homicidis, furibus ac malefiscis conjungat ac veros Christianos illis opponat. 1. Epist. 4. v. 15. & 16. ideo etiam Christus graviter hoc loco respondet Petro: *Si eum velim manere, donec veniam, quid ad te? tu me sequere.* Sic ergo curiosum Petri questionum excipit severum Christi responsum, in quo à curiosa de Johanne inquisitione Petrum primò revocat, postea vero mandatum de sui sequela denuò inculcat. Primitus in forma hypotheticæ propositionis & acris questionis proponitur. *Si eum velim manere, donec veniam, quid ad te?* Latinus Interpres legit, *sic eum volo manere.* Sed Graeci Codices constanter legunt, *εἰσ αὐτὸν θέλω μενεῖν:* ita etiam legunt Cyrillus, Chrysostomus, Theophylactus in hunc locum, & Hieronymus lib. 1. adversus Jovin. Ipse etiam contextus refellit eos, qui legunt, *Sic eum volo manere,* sequitur enim. *Et non dixit Jesus, quod discipulus ille non moriatur, sed si eum velim manere, donec veniam.* Quod si legamus, *sic eum volo manere,* plane dixisset, non moriatur donec veniret, quod Johannes dictum negat. Augustinus Latinos Codd. secutus legit, *sic eum volo manere.* Quamvis vero Erasmus in annot. hoc loco moneat, locum Augustini esse corruptum, & ab indocto quodam sciollo si in sic mutatum. *Cum fatetur (inquit) objici posse, Dominum non dixisse quidem, quod Johannes non esset moriturus, sed tamen innuissit, nomine fatis aperit, quid legerit?* operosa tamen Augustini de vero intellectu hujus loci disputatione manifestè ostendit, ipsum omnino legisse. *Sic volo eum manere.* Ambrosius etiam legit, *sic eum volo manere,* in Comment. Psal. 45. & in 1. vers. octo-

narii 20. Psal. 118. Quamvis vero omnes Graeci Codices constanter legant, *εἰσ θέλω*, informa hypothetica, quamvis etiam Evangelista disertis verbis moneat, Christum non dixisse, quod discipulus ille non sit moriturus, sed *si eum velim manere donec veniam;* tamen corrupta versio Latina mirificis opinionibus de Johanne occasionem dedit. Sie enim scribit Lyranus h. I. Occasione huius verbi dixerunt aliqui, *quod Johannes non est mortuus, sed cum Enoch & Elia translatus in Paradisum.* (Ambros. in Ps. 45. conjungit eum cum Enoch, qui raptus est, ne malitia feculi turbaretur. Niceph. lib. I. Hist. Eccles. 35. mortuus est Johannes eo, quo Deigenitrix, modo; confessum enim revixit ac resurrexit incorruptibili se corpore alterum Magistri expectans adventum. Corn. Jan. cap. 148. Harm. refert, quodam addere, *quod Johannes cum Enoch & Elia ex Paradiſo circa adventum Christi venturus sit ad predicandum Evangelium ac cum illis sub Antichristi occidendum.* Alii autem dicunt, *quod in sepulchro suo adhuc viens jaceat, ibique dormiat, ex hoc accipientes signum, quod in sepulchro ejus videtur quædam scaturitio manna per modum ebullitionis surgere, id dicunt causari ab ejus anhelitu (Hujus opinionis meminit Augustinus eandemque argumento ex dilectione Christi erga Joannem refellit: *Quomodo enim discipulo, quem præ ceteris Dominus diligebat, in tantum ut super peccatum ejus recumeretur, pro magno munere longum donum sit in corpore somnum, cum Petrum per gloriam Martirij ab ore corporis solvere?* Idem argumentum contrahanc opinionem urget Lyranus. *Quod Salvator de Joanne hic dicit, ponitur tanquam privilegium seu speciale beneficium Joannis concessum, sed secundum corum dicta hoc non esset verum, immo esset Joannis magis derrensum, si tamdiu à divina fruizione tardaretur alius Apostolis in gloriam existentibus.) Durandus in ration. lib. 7. de Apostolis cap. 43. fol. 281. eandem opinionem, sed cum insigni additamento recitat. Ajunt quidam, inquit, quod B. Johannes, cum post celebratam Missam descendisset in tumulum, evanuerit ex oculis circumstantium, & cum terra ibi scaturiat de profundo, addunt cum vivere & terram ejus anhelitus scaturire. Improbabiles hasce & falsas opiniones ab illis, qui corruptam versionem Latinam non inspectis Graecis fontibus secuti sunt, in Ecclesiis invectas esse, mirum non est. Illud vero meritò quis miretur, quod Gregorius Trapezuntius in libello super hunc locum edito & Papæ inscripto contendat, omnino legendum esse sic, & Interpretem eo modo rectè vertisse, cum dictio Graeca εἴω, cui correspondet Latinum, *Si, affirmative & assertivè sit accipienda, quando conjungitur verbo indicativi modi, conditioniter vero, quando conjungitur verbo conjunctivo.* Itaque tum ex hoc loco, tum ex aliis Scripturæ dictis & aliquot argumentis conatur ostendere, *Johannem nondum esse mortuum,* sed cum Enoch & Elia in Paradiſo viventem cum iisdem adjudicium venturum. Sed rationes illius leviores sunt, quam ut propositum evincere possint, ut examen earum manifestè probat. Utique prætermittamus argumenta superius adducta, res ipsa ostendit, non Interpretis via, sed librarii errore conjunctionem si mutatam esse in *sic*, cùm apud Graecos nulla sit similitudo inter *εἰσ* & *θέλω*, apud Latinos vero facilis proplus est à *si* in *sic* ob vocum affinitatem. Similis depravatio extat Psal. 63. vers. 6. *Sic***

*Sic memor fui super stratum meum*, ubi Græci & Hebræi legunt, *Si memor fui* Sc. Adde, quod Erasmus moneat in antiquissimis quibusdam manuscriptis Latinis exemplaribus legi *Si*, non autem *fci*. Quid, quod Johannes ipse falsam illam opinionem corrigit! Ecclesiastici Scriptores referunt, Johannem scriptisse Evangelium suum sub Imp. Domitiano, cum in Insula Pathmo exularet, eo vero tempore Petrus ultimo Neronis anno jadum supplicio affectus erat, ergo de Petro haec scriptis, ut ostenderet prædictionis Dominicae veritatem, de se autem haec scriptis, quia ob vita longævitatem, defunctis Apostolis reliquis, quidam existimare cœperunt ipsum non moriturum. Cum ergo Johannes ipse hanc opinionem correxerit, cur illi adhuc locus esse debeat in Ecclesia? Præterea illi ipsi, qui post Johannem Episcopatu apud Ephesios functi sunt, ipsum juxta communem Naturæ humanæ debitum mortem obiisse tradunt. Sic enim scriptis Polycrates Ephesinæ parœcia Episcopus ad Victorem Episcopum Romanum referente Eusebio lib. 3. Histor. Ecclesiast. cap. 28. *Johannes, qui supra pectus Domini recubuit, qui & Sacerdos cum est, laminam gestavit, Martyrque ac Doctor fuit, in Epheso obdormivit.* Idem testatur Tertullianus lib. de anima cap. 50. circa finem. *Obitus & Johannes, quem in adventum Domini remansurum frustra fuerat p̄fes.* Hieronymus in catal. illustr. vir. *Johannem 68. post passionem Christi anno Ephesi mortuum, & juxta eam urbem sepultum esse* scribit. Certum igitur est, Johannem nec in Paradisum translatum esse vivum, nec in sepulchro adhuc dormire, sed mortuum esse. Vedit hoc Augustinus, idèo repudiatis opiniones de translatione & somno Johannis. Quia vero deceptus Latini Codicis mendo legit, *Sic eum volo manere*, idèo post longam de vero verborum Christi sensu dissertationem ad mysticum configuit intellectum, ac statuit, per Johannem designari vitam contemplativam, per Petrum vero activam. Sensum igitur verborum Christi hunc esse, quod vita contemplativa, cuius typum gessit Johannes, qui super pectus Christi recubuit, & de Christi divinitate sublimis scriptis, manere debeat imperfecta usque ad suum adventum, quando illam in vita eterna sit perfecturus: contra vero vitam activam, cuius typum gessit Petrus, qui claves à Christo accepit, non debere imperfectam manere, nec expectare suam in adventu Domini perfectionem, sed in hac vita ad perfectionem debere tendere. Verbum igitur manere dicit positum esse, non pro remanere aut permanere, sed pro expectare. At, quis non vident (inquit Jansenius) hanc interpretationem nimis coactam esse & à simplicitate verborum Christi longè discedere? τὸ μέντοι hic accipendum esse pro permanere & mori, ex sequentibus luce, clarus appareat, inde enim divulgatur sermo inter fratres, quod hic discipulus non moriatur. Quomodo vero hujus opinionis occasio ex verbis Domini fuisset nata, si verbum manere non acciperetur pro remanere, permanere & non mori? Alii talem proferunt interpretationem. *Sic eum volo manere donec veniam*, id est, donec veniam contra Judæos percutiendo eos per Romanos, modo de adventu scilicet ad pœnam hæc vox usurpatur Apocal. 2. vers. 5. 16. Sic ergo non de suo novissimo adventu ad judicium generale, sed de

adventu ad judicium particolare contra Judæos Christus loqueretur. Et sane ostendit eventus, Johannem usque ad excidium Hierosolymitanum vixisse, cum mortuus sit Anno post Christi nativitatem 102. post passionem 68. cum excidium contigerit Anno post Christi nativitat. 71. Theophyl. addit, Johannem usque ad tempora Vespasiani in Iudea fore mansisse & preconem Evangelii ibidem fuisse, cum vero futurum esset, ut destrueretur Hierosolyma, inde discessisse & in Asiam venisse. Sed manifestum est, etiam hanc explicationem factis coactam esse, cum adventus Christi in Scripturis de novissimo ejus ad judicium adventu fere semper intelligatur, nec ullum praestò sit exemplum, in quo de excidio Hierosolymitano hæc phrasis usurpetur. Adde, quod Johannes non solum usque ad excidium illud vitam produxit, sed etiam post illud vixerit, ut ex Chronologia constat. Augustinus lib. 4. de consol. Evangel. cap. 10. ad Evangelicam Historiam à Johanne conscriptam hoc accommodat, quod mysterium Trinitatis & incarnationis manere debeat in fide credentium, usque dum venerit Dominus, tunc autem à facie ad faciem contemplandum fore. Sed quilibet videret hanc explicationem esse coactam. Beda igitur & alii hanc verborum Christi paraphrasin tradunt. *Sic cum volo manere donec veniam*, hoc est, nolo eum consummari per passionem Martyrii, sed conservabo eum usque ad decrepitam senectutem in hoc seculo, tunc ipse veniam & placidâ morte absque violentia persecutoris in regnum cœlestis eum transferam. Et sane non potest concinnior interpretatio hujus lectionis asserri, quæ utili & salutarem præbet doctrinam, quod Christus in morte ad nos veniat evocans nos ex mundi tugurio & corporis ergaftulo, quo sensu etiam accipi potest suavissimum Christi dictum Johan. 14. vers. 3. *Si abiero & preparo vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, ut ubi ego sum, etiam vos sitis;* ac Christo hac ratione ad nos venienti occurramus vera pœnitentia, piis precibus & prompto moriendi desiderio, dicentes ex Apocal. 2. vers. 10. νὴ ἐγενέσθαι. Lyranus hoc loco ex Legenda Johannis refert, quod Christus ei apparuerit circa vita finem evocans eum ad gloriam. Sed hujus rei non extant certa fundamenta in probatis Historiis, quo loco etiam habendum, quod Jansenius cap. 148. Harm. refert in monumento reliquias corporis Johannis nusquam reportas, unde luspicatur, p̄t credendum esse, quod post mortem ob singulare privilegium caritatis resuscitatus & corpore immortali in celos translatus sit. Sed enim cum Græci Codices constanter legant ἐπὶ θέλω, cum Interpretes Græci hanc lectionem sequantur omnes, cum ipse Evangelista opinionem ex hypothetico CHRISTI sermone in Categoricum mutato enatam propositionem hypotheticam repetendo corrigat, cum probatissima exemplaria Latina itidem legant, *sivo cum manere*, cum Petri curiositas per hanc hypotheticam fortius refundatur, quam si categorico enunciato Johannis conditio fuisset manifestata, denique cum adventus Christi absolute positus de adventu ejus novissimo ad judicium ut plurimum accipiatur, idèo approbanda est illa lectio, quæ ὁρατίως verba Christi dicta esse intelligit, hoc sensu:

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

Vv 3

Si



.Si eum velim manere donec veniam in iudicio , quid ad te ? Nequaquam enim assertivè CHRISTUS pronunciat , Johannem in vivis usque ad novissimum iudicium permansurum , quam opinionem ipse . Johannes disertis verbis excludit , sed hypotheticò pronunciato Petri curiositatem graviter & severè retundit . Si vel maximè usque ad diem extremum & adventum meum novissimum eum super esse velim , quid hoc ad te ? Eadem lectio nem sequitur Syrus , qui verba Christi sic vertit . Si volo γένεσις , ut maneat hic donec veniam , quid ad te ? q. d. nihil quicquam ad te pertinet . Ita etiam hunc locum interpretatur Cyrillus . Quoniam curiosus magis ( ait ) quam utilis rerum alienarum inquisitio est , respondet quidem , sed ita ut rogantis animum abducat ad alia , nec mortis expertem futurum , Johannem ait , sed si eum volo manere donec venio , quid ad te ? id est , audisti , Petre , que ad te pertinent , cur aliena queris ? cur divina iustitia secreta rimaris ? nam sicutiam vellem minime istum mori , quid tu unquam emolumenti aut quid consolationis consequereris ? Quod si in forma categorici affirmati verba Christi accipiuntur , Sic cum volo manere donec veniam , non satis aptè cohæret subsequens reprehensione , quid ad te ? quam tamen particulam non solum Christus addit , sed etiam Johannes postea repetit , cum falsum horum verborum intellectum reprobat . Discamus igitur ex hac acri reprehensione Christi curiosas quaestiones de iis , quorum notitia non est in verbo revelata , ac de futuris eventibus vitare . Sequamur Christum , facientes ea , quae sunt nostri officii , & futuros evenitus commitramus Deo ; nec in alios , sed in nos ipsos , cum primis verò in Christum via ducem respiciamus . Quando caro nostra insurrit : Quid autem ille ? respondeat Spiritus ex verbo : Quid ad te ? tu Christum sequere .

Porrò ex hoc Christi responso enata est erronea tradito fratrum . Exiit sermo inter fratres , quod discipulus ille non moreretur . εξέρχεται hoc loco accipitur pro dimanavit , permanavit , divulgatus est rumor inter fratres , hoc est , Christi discipulos . Quod Christus hypotheticè dixerat , id velut categorice dictum accipiebat , & quod illuc paucis audientibus dictum erat , id serpsit ad plures fama divulgante . Eo sensu verbum εξέρχεται usurpatur Matth . 9 . v . 26 . Marc . 1 . vers . 28 . Luc . 4 . v . 14 . cap . 7 . vers . 17 . Rom . 10 . vers . 18 . 1 . Corinth . 14 . vers . 36 . Syrus habet verbum γένεσις eft , processit . Daniel . 2 . vers . 11 . Decretum γένεσις exiit , promulgatum est . Per τοὺς ἀδελφάς intelliguntur non tam Apostoli , qui tum præfentes erant , quam reliqui fideles Christi , illi enim primi tū dicebantur fratres propter fidei & caritatis unitatem , sicut Act . 11 . v . 1 . Apostoli & fratres conjunguntur , postea demum Antiochiae dicti sunt Christiani vers . 26 . ad illos igitur fratres promanavit hic sermo , quod discipulus ille , de quo Christus hæc dixerat , non sit moriturus . Sed Johannes ipse opinionem illam erroneam corrigit , admonens , Christum non categorice dixisse , volo illum discipulum , manere donec veniam , sed hypotheticè ad retendum Petri curiositatem hæc protulisse . Si eum velim manere donec veniam , quid ad te ? hypothesis autem nihil ponit in esse , ut & Logici & Jurisconsulti docent . Porrò triplex erronea hujus op-

nionis ac traditionis inter fratres animadvertisit occasio . 1. affectus sinister . Ita enim colligebant fratres . Christus peculiariter diligit Johannem . Ergo Johannes non morietur , sed vivus in celum transferetur . 2. detorsio verborum Christi . Quod enim hypotheticè ac sub conditione Christus dixerat , id velut absolute dictum accipiebant , inde que colligebant , Johannem in vivis mansurum usque ad diem novissimum . 3. longævitas vita in Johanne . Cum enim reliqui Apostoli omnes fatis concessissent , Johannes adhuc in vivis superantes erat , siquidem in decrepita senectute Anno 68 . post Christi resurrectionem Ephesi tandem mortuus est , quem ergo demortuis Apostolis reliquis tandem superesse videbant , eum semper victurum suspicabantur . Possunt hæc ad fontes & causas reliquorum errorum in Ecclesia accommodari , quorum plerique oriuntur ex præconceptis opinionibus , ex depravatione & falso intellectu Scriptura & ex incertis collectionibus , quæ cohærent sicut funiculos ex arena . Ex longævitate Johannis male colligebatur ipsum fore immortalem , cum longè alia longævitatis illius causæ fuerint , ideo enim Deus concessit Johanni vitam longævam & mortem tranquillam 1. ut Canon veritatis in N . T . esset certus & immotus . Testatur enim Eusebius lib . 3 . Histor . cap . 21 . trium Evangeliarum scripta ipsum vidisse & approbasse ac veritatis testimonium illis dedisse . Idem judicium est de Actis & Epistolis Apostolicis , quas ante obitum vidit & Ecclesia commendavit , ideoque in fine Apocalypses addit cap . 22 . vers . 18 . Si quis apposuerit ad hæc , apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto . v . 19 . & si quis diminuerit de verbis libro prophetie hujus , auferet Deus partem ejus de libro vita & de civitate sancta & de his , quæ scripta sunt in libro isto . Tertull . lib . de Bapt . & Hieron . lib . 6 . de script . Ecclesi tradunt , quod Johannes ab exilio in Asiam reversus presbyterum illum , qui fabulam Teclæ confinxerat , publicè coram Ecclesia convicerit , quod falsum & suppositum librum sub nomine & titulo Pauli sparissit . Dubium ergo nullum , quod post reliquorum Apostolorum mortem ideo Deus longiorum vitam Johannī concederit , ut ipsius vigilantiā Ecclesia ad omnem posteritatem proficeretur , ne vel suppositiæ traditiones vel adulterina scripta pro vera & genuina Apostolorum doctrina Ecclesi obtruderentur . 2. ut Ecclesia haberet propugnatorem adversus hæreses . Cum enim reliqui Apostoli morte essent sublati , & Johannes in Pathmon relegatus , Ebion & Cerinthus motis certaminibus de divinitate Christi , de regno ejus terreno , de Leviticis observationibus &c . Ecclesias miserè turbarunt , idque prætextu revelationum velut à magno Apostolo acceptarum , ut refert Euseb . lib . 3 . Hist . Eccles . cap . 25 . his igitur sece opposuit Johannes & quæ ab aliis Evangelisticis prætermissa vidit , conscripta Evangelicæ Historiæ adjectit . Iren . lib . 3 . cap . 11 . pag . 184 . Johannes Domini discipulus volens per Evangelii annunciationem auferre eum , qui à Cerinbo infeminatus erat hominibus errorem , & multò prius ab his , qui dicuntur Nicolaita , &c . ut confunderet eos & suaderet eos , quoniam unus Deus qui omnia fecit per verbum suum , & non quemadmodum illi dicunt , alterum quidem fabricatorem , alium autem patrem Domini & alium quidem fabricatoris filium ,

filium, alterum verò de superioribus Christum, &c. omnia talia circumscribere volens Domini discipulus & regulam veritatis constituere in Ecclesia, sic inchoavit Evangelium. In principio erat Verbum, &c. Idem testatur Hieronymus in Catal. script. Novissimum omnium scriptis Evangelium rogatus ab Auct. Episcopis adversus Cerinthum, aliquosque hereticos & maximè tunc Ebionitarum dogma coniungens, qui afferunt Christum antè non fuisse, unde compulsi est divinam ejus nativitatem edicere. D. Chemnitius cap. 36. Harmon. hoc accommodat quod in prima vocatione ad Apostolatum Johanni tribuitur labor sarcendi rete, quia post mortem reliquorum Apostolorum variis erroreis opinionibus & persuasionibus, quibus Ecclesiae unitas scindebatur, sese opposuit. 3. ut admoneremur, Deum Tyrannis & persecutoribus certum terminum constituere, ultra quem contra pios pro libitu ac placito grastari nequeant: divinā enim ope in mediis perlecurtum fluctibus protectus fuit Johannes, ne ad mortis supplicium unā cum Apostolis reliquis rapereatur. Psal. 27. v. 5. Psal. 91. v. 1. &c. Exemplum memorabile hujus rei proponitur in Luthero, qui contra totius orbis minas, odia & insidias divinitus fuit conservatus. 4. ut significaretur non eorum tantum mortem, qui propter Christi nomen à persecutoribus violenter trucidantur, sed illorum etiam obitum, qui in vera Christi fide post exaltatos plurimos in Ecclesia labores vulgari mortis generē vitam finiunt, in conspectu Dei preciosum esse. Hæ sunt causæ potiores, propere quas præ reliquis Apostolis omnibus vitam longævam & tandem etiam mortem tranquillam Deus Johanni concessit, quæ si observata fuissent, præsertim vero si absque depravatione verborum Christi fuisset, nunquam erronea illa opinio ac traditio inter fratres fuisset sparsa. Apparet autem ex hac verborum Christi per traditionem depravatione scripti verbi necessitas. Nisi Johannes erroneous illum verborum Christi intellectum scriptione hujus Historiæ correxisset, invaluisset omnino traditio, Johannem non esse mortuum, quinimò ne sic quidem opinio illa penitus aboliri potuit, ut ex illis, quæ superius adducta sunt, manifestè patet; Quare cum tam infidelis custos veritatis sit traditio, religiis incertis opinionibus & traditionibus extra Scripturam, adhæramus illis, quæ in verbo per Prophetas & Apostolos Deus consignari voluit, ut fidei nostræ fundamentum & columnæ essent, ut loquitur Irenæus libr. 3. adversus hæres. cap. 1. Quod unus Johannes reliquis verba CHRISTI depravatè intelligentibus se opponit, ex eo apparet, ex multitudine non esse de veritate judicandum: Itemque errores ex falso intellectu verborum CHRISTI enatos non aliter corrigendos quam accuratâ inspectione & consideratione ipsorum verborum, quæ adversus omnes depravationes aliunde inventas satis sese muniant, sicut Johannes hoc loco simpliciter verba Christi repetit & erroneæ traditioni ea opponit. Tandem Johannes εἰπεν addit, quis sit ille discipulus, de quo Christus hæc dixerit; Hic est (inquit) discipulus ille, qui testimonium perhibet de his, & scriptis his, id est, Ego Johannes sum ille, de quo Petrus quæsivit, quid autem hic? de quo Christus respondit: Si eum velim manere, donec veniam: de quo erronea opinio immortalitatis fuit sparsa, quibus

Harm. Tom. III. vel Gerhard. Cont. pars quinta.

omnibus cùm interfuerim, ideo hæc scribere & testimonium de illis perhibere volui, ut errorem illum corrigerem. Laudanda est ingenuitas Johannis, quod nominis sui in confutando isthoc errore, minimè ipsum pudet, ut etiam modestia, quod discipulum se vocat, qui doctores omnes longo post se intervallo relinquit. Verba illa, qui testimonium perhibet de his & scriptis his, non incommodè de tota Evangelica Historia à Johanne conscripta accipiuntur, sicut & Syrus addidi particulam Universalem, qui testimonium perhibuit de his omnibus. Cùm enim plurima adulterina scripta nomine Apostolorum Ecclesie tunc temporis obtrudentur, qualia erant, Acta Pauli, Apocalypsis Petri, Itinerarium Petri, Predicatio Petri, Actus Andreae, Philippi, Petri, Iuliane, &c. Historia de periodo Pauli & Tecla, Evangelium Nicodemi, Evangelium secundum Egyptios, Protoevangelium Jacobi &c. ideo Johannes hujus Evangelicæ Historiæ autorem sese profiteri voluit, ut à nothis & adulterinis Pseudo - Apostolorum scriptis eam discerneret. Vocabulo μαρτυρῶ ostendit, se hæc scribenda suscepisse, non temere sed ex officio & vocatiene. Apostolorum enim officium divinitus à Christo ipsis demandatum fuit μαρτυρῶν. Johan. 15. v. 27. Actor. 1. v. 8. cap. 10. v. 39. 41. Et quia conjungit μαρτυρῶν γένος, ideo docet Apostolos non solum vivâ voce, sed etiam scriptis de Christo testificatos esse, sicut hæc duo etiam conjungit 1. Epist. 1. v. 3. Quod vidimus & audivimus annunciamus vobis. v. 4. & hac scribimus vobis. Apoc. 1. v. 2. Johannes testimonium perhibuit verbo Dei. v. 3. beatus qui legit. Ergo etiam scribendo testificatus est v. 19. expessum hujus remandatum accipit à Christo. Scribe quæ vidiisti. Cùm enim Apostoli iussi sint, docere omnes gentes, non illius solum, sed etiam futuri temporis, Matt. 28. v. 19. utique necessarium fuit, ut Evangelium, quod vivâ voce præconaverunt, postea per Dei voluntatem in Scripturis Ecclesiæ traderent fundatum & columnam fidei nostræ futurum, ut proinde non possint ab insigni temeritate Pontificii defendi, quando negant Apostolos mandatum de scribendo accepisse. Bellarminus 4. de verbo Dei cap. 3. Commendat etiam Johannes testimonii sui veritatem. Et scimus, quod verum est testimonium ejus. Unde vero hoc scimus? 1. quia est προεξόρων οὐ τις δεῖ μαρτυρεῖ, Interfuit illis, de quibus testatur. Johan. 19. v. 35. Qui vidit, testimonium perhibuit, & verum est testimonium ejus, & ille scit, quia vera dicit, ut vos credatis. 1. Epist. Joh. 1. v. 1. Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod manus nostra contrectaverunt de Verbo vita veri. 2. Et vita manifestata est & vidimus & testamur & annunciamus vobis vitam eternam. Lyranus hoc loco: Moserat antiquorum, quod illi scriberent Historiam, qui res gestas ipsi vidissent propter quod Historia dicitur ab isopeis videre, ideo Johannes, qui audivit verba Christi & facta ejus vidit, convenientissime potuit scribere. 3. quia est Γερώνιμος μαρτυρῶν, unā cum reliquis Apostolis in die Pentecostes accepit Spiritum sanctum. Ut ergo Prophetæ Vet. Testam. locuti sunt Φερόμενοι τὸν πνεῦματος ἀγίου. 2. Pet. 1. v. 21. ita quoque Johannes ex Spiritu locutus & testificatus

ficatus est. Ut Scriptura Vet. Test. est *γένεται στοιχεῖα*  
2. Tim. 3. v. 16, ita quoque Johannis Evangelica Historia ex immediato Spiritus sancti afflato edita & conscripta est. 4. quia est *Ιωάννης οὐαὶ τοῖς μάρτυρες*, Johannes non minus quam reliqui Apostoli in Christi nomine miracula edidit, quibus prædicationis & scriptioñis sua veritatem comprobavit, iisdemque divinam autoritatem conciliavit, inde ergo scimus, quod verum sit testimonium ejus. Nobis convenit ex toto corde Deo gratias agere, quod una cum reliquis Canoniciis Vet. ac Nov. Testam. libris Ev-

angelicam Historiam à Johanne conscriptam, inter tot persecutiones, Satanæ ac mundi furores, inquæ tanta hominum ingratorum perversitate ad nostra usque tempora clementer conservare voluerit, quo sancto labore tum demum rectè utemur, si ex illis Christum agnoscere, eidem firmâ fide adhærere, & sanctis eum obsequiis ad nostram salutem colere discamus.

*Dilege me, duc me, sic te redamare potis sum,  
Et quoquā vocas te bone Christe sequi.*

## CAPUT CCXVI.

## CHRISTUS DISCIPULIS SUIS IN MONTE QVODAM GALILÆÆ APPARET.

MATTH. 28. V. 16. MARC. 16. V. 15.

## RATIO ORDINIS.

**P**articularem manifestationem Christi factam coram septem discipulis circa mare Galilææ, quam describit Johannes cap. 21. sequitur solennis illa & publica manifestatio coram magna discipulorum frequentia in monte quodam Galilææ facta, quam Matthæus c. 28. describit. Quamvis vero dies hujus manifestationis non sit expressus, ex circumstantiis tamen non improbabiliter colligitur, paulò ante redditum Apostolorum ex Galilæa in Iudæam, octiduo scilicet ante Christi ascensionem, eam contigisse. Tribuendi enim aliquot dies congregationi quingentorum discipulorum, quos Paulus 1. Corinth. 15. v. 6. huic manifestationi interfuisse testatur; vici sim aliquot dies tribuendi sunt redditui Apostolorum ex monte Galilæa in urbem Hierosolymam, quæ omnia si expendantur, tempus hujus manifestationis *αἱ ἡμέραι* investigari potest. Quidam statuant, apparitionem illam, quam Paulus dicit, *κοντά πληρώματα* fratribus factam, nequam eandem esse cum hac ipsa, quam Matthæus describit, sed post ascensionem Christi demum contigisse, cum Matthæus *undecim tantum discipulorum* mentionem faciat, cumque eo tempore nondum putent tantum extitisse credentium cœtum, siquidem Actor. 1. v. 15. turba eorum, qui à die ascensionis usque ad festum Pentecostes in oratione cum discipulis perseverarunt, *centum et viginti hominum* fuisse dicuntur. Sed series textus apud Paulum manifestè ostendit, manifestacionem coram plus quam quingentis fratribus factam omnino esse eandem cum ea, quam præ manibus habemus, hoc enim ordine apparitiones Christi recentent, quod visus sit 1. Petro. 2. duodecim Apostolis. 3. plus quam quingentis fratribus simul. 4. Ja-

cobo. 5. Apostolis omnibus, jam verò non post ascensionem demum sed ante ascensionem suam, apparuit Christus Jacobo & Apostolis omnibus: ergo & illa manifestatio coram plus quam quingentis fratribus facta, quæ duabus illis præponitur, ante ascensionem facta est. Quod si manifestatio illa coram fratribus plus quam quingentis non est eadem cum hac ipsa, quam Matthæus describit, consequens fuerit, à nullo Evangelistarum eam describi, cum tamen reliquias apparitiones, quarum quædam singularibus tantummodo personis factæ sunt, tam accuratè annotaverint. Dicendum igitur, quod Matthæus undecim discipulorum, sive Apostolorum expressam faciendo mentionem, nequam neget, etiam alios insuper adfuisse, quinimo cum dicat, *quosdam dubitasse*, ostendit præter Apostolos etiam alios adfuisse, cum Apostoli de resurrectionis veritate ac certitudine tot Christi apparitionibus jamdum fuerint confirmati, ut nullus dubitationi relictus fuerit locus. Ideò verò nominatum *undecim* Apostolorum meminit, quia illi gregis hujus Dominicici pastores ac ductores erant, illis nominatum Christus prædixerat, quo tempore & loco sit apparitus; illi ex mandato Christi reliquis discipulis ac fratribus tempus & locum illius manifestationis indicaverant, ad illos præcipue spectabant, quæ Christus in hac manifestatione loquebatur. Quod in consortio Apostolorum post Christi ascensionem tantummodo *centum et viginti discipuli* numerantur, id nihil impedit, quo minus in Galilæa atq; aliis locis extra Hierosolymam plures Christi discipulos fuisse statuamus, de illis enim solum Lucas agit, & eorum numerum exprimit, qui Hierosolymis in uno conclavi cum Apostolis fuere, promisum Spiritus sancti expectantes.

HISTO-